

2. ap. de obligat. iusticia. lib. 2. de matrimon. q. 15. nū. 6.  
Azor. p. 2. lib. 5. cap. 21. q. 2. §. Queres. Suar. de  
fide. disp. 9. sect. 3. De separatione quoad fidem,  
ita ut nunquam in Ecclesia catholica vera fi-  
des deficere possit, res etiam est indubitata, ut  
late probat Suar. in defensione fidei, lib. 11. cap. 34  
per totum.

### CAP. Satis perversum. VII.

- S V M M A R I V M.**
1. *Fili⁹ puniri posunt propter delicta pa-  
rentum.*
  2. *Ecclesia punit filios propter parentum  
delicta.*
  3. *Filius non amittit dignitatem ecclesi-  
asticam, quam habet, propter deli-  
ctum patris.*
  4. *Comendam revocare quando posseit Pon-  
tifex.*
  5. *Fili⁹ reorum leſa maiestatis non amit-  
tunt beneficia, que possident, nec in  
posterum possidenda.*
  6. *Qui inscius beneficium adeptus est ex  
simonia patris, eo ipso iure priva-  
tus est.*
  7. *An possint in bello interfici innocen-  
tes?*
  8. *Iudeo an possit damnare innocentem  
convictum, quem ex propria scien-  
tia novit innocentem?*

**I**N textu, ibi, Satis perversum.

Non intelligas esse perversum filios puni-  
ri propter parentum delicta, seu ut verius  
dicam, puniri in filijs parentes. Cum Deus:  
Exod. 34. nū. 7. dicatur. Reddens iniquitatem patrū  
filijs. & nepotibus in tertiam, & quartam progeniem.  
Maxime cum filiorum pœna plus afficiat pa-  
rentes, & à crimine deterreat, ut optimè nota-  
runt scribentes ad l. Quisquis, h. Filij, C. ad l. Iu-  
liam maiest. Abb. in cap. Vergentis, nū. 3. de heretic.  
Menoch. de presumpt. lib. 5. presumpt. 33. nū. 8. & 12.  
& cons. 99. nū. 220. tom. 1. Neapolit. in Constit. Ci-  
cilia, verbo, ipsorum filij, vers. Credo, latè Dueñas  
regula 345. Roman. singulari 686. Costa in cap. Si pa-  
ter, 2. p. verbo, Trebellianicas, nū. 7. Ambros. Vigna  
tract. de heretic. q. 20. nū. 208. D. Augustin. Psalm.  
108. Tertul. lib. 2. aduersus Marcionem. D. Chrisost.  
homil. 29. tom. 4. D. Gregor. relatus in cap. Ecclesia, l.  
q. 4. S. Chrisostom. homil. 29. in Genes. tom. 1. Nie-

rotym. tom. 4. lib. 6. in cap. 18. Ezechiel. Cicero epis-  
tol. 12. ad Brutum in familiaribus. Sanchez tom. 1.  
Decalogi, lib. 2. cap. 27. num. 14. vers. Quartu pro-  
batis.

Imò Ecclesia in filijs delicta parentum pu-  
nit, nam reddit irregulares filios hereticorum,  
fautorum, & defensorum, cap. 21. §. Heretici de  
hereticis, in 6. ut docent Nayart. in summa, cap. 27.  
nū. 206. Ledesim. 2. p. 4. q. 26. art. 2. Simanch. de  
catholic. tit. 9. num. 14. Salzed. ad practic. Bernardi  
Diaz, cap. 22. nū. 22. Mayol. lib. 5. de irregularitate,  
cap. 46. num. 5. Philiarc. de officio sacerdot. tom. 1.  
p. 1. lib. 4. cap. 9. Vivald. Candelab. sacrament. in  
penult. editione, 2. p. ubi de irregularitate num. 75.  
Emman. Rodrig. quest. regular. tom. 1. q. 24. art. 1.  
Henriq. lib. 14. de irregularitat. cap. 5. nū. 4. Avila de  
censur. p. 7. disp. 4. dub. 3. Valent. tom. 4. disp. 7.  
q. 19. punto 3. Suar. de censur. disp. 43. sect. 3 nū. 1.  
Sanch. tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nū. 6. quem  
omnino vide. Quidquid contradicant Tolet. in  
summa, cap. 25. num. 8. quem sequitur, & refert  
Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 10. num. 40. Alias  
etiam pœnas impositas ab Ecclesia reorum fi-  
lijs citat Glossa cap. Vergentis, vers. Canonis, de heret.  
& in cap. Cum multa, 15. q. 8. quæ, & alia in  
proposito deducit Castro de insta heretic. punitione,  
lib. 2. cap. 2. Covar. variar. lib. 2. cap. 18. Simanch.  
de catholic. tit. 29. nū. 5.

Intelligendus igitur textus est. Primo de  
executione ordinis, quem filius habet, nam ob  
delictum patris, propter quod filij puniuntur,  
non incurrit suspensionem, & privationem ta-  
lis ordinis, si ante delicti paterni sententiam  
ordinatus est; ita Mayol. lib. 5. de irregularitat. cap.  
46. nū. 6. Suar. de censur. disp. 43. sect. 3. nū. 2. in  
fine. Sanch. tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nū. 10.  
ubi meminit huius textus, & probat explicati-  
onem Glossæ hīc. Secundò intelligitur textus de  
privatione beneficiorum obtentorum à filio,  
ante declaratiouem criminis paterni, quod in  
filijs etiam punitur, nam superveniens crimen  
non facit inhabilem ad beneficium iam obti-  
tum, ex cap. 2. §. Heretici, de hereticis, in 6. & tra-  
dunt Glossa in Clement. 1. verbo, obstinenda, de pa-  
nis, & ibi Paulus, & Zenzelinus, quos refert, &  
sequitur Cardinal. verbo, ipsius, nū. 3. q. 2. Imol.  
nū. 18. Bonifac. nū. 54. Anton. in cap. Vergentis, nū. 9.  
de heretic. & ibi Abb. nū. 4. Felin. nū. 3. vers. Nota  
casum. Matth. de Afflict. lib. 3. fœdorum, tit. qua-  
sunt regalia, §. Et bona, nū. 18. Villadiego de heretic.  
nū. 141. Aufrer. decis. 120. ad Capellam Tolosan.  
additione 1. Montalvus l. 4. vers. Dignidad. tit. 26.  
p. 7. Covar. lib. 2. variar. cap. 8. nū. 1. Repertoriu-  
m Inquisitorum, verbo, filij. Perez lib. 8. Ordinament.  
tit. 7. l. 1. Clarus lib. 5. recept. in practic. criminal.  
verbo, heresis, nū. 16. Ojalora de nobilit. p. 4. prin-  
cipali, cap. 9. nū. 9. Peña in Directorio Inquisit. 3. p.  
Comment. 163. vers. Ego vero. Simanch. de catholic.  
tit. 29. nū. 2. &c in Enchirid. iudicium, tit. 69. nū. 9.  
Decian.

Decian. in practic. lib. 5. cap. 45. nu. 6. limit. 7. Hesiæ de incompatibilitate benefic. p. 1. cap. penult. nu. 100. Menoch. cons. 805. nu. 33. & cons. 808. nu. 36. tom. 9. Salzed. ad practic. Bernardi, cap. 114. Quinimò Azeved. lib. 8. recopilat. tit. 3. l. 1. nu. 206. Paramus de origine Inquisit. lib. 3. q. 9. nu. 203. & seqq. Zechius in summa, tract. de fide, cap. 11. de heresi, post 12. hereticorum panam, vers. Ampliatur ut predicte. Villadiego Iunior. in foro iusgo, in prolog. 11. nu. 73. Petrus Ledesm. tom. 2. summ. tract. 1. cap. 6. post 17. conclusionem, difficult. 2. Lancellotus instit. iuris Canonici, lib. 4. tit. de heretic. §. Bona quoq; verbo. filijs, in fine. Sanches, qui superiores refert, & sequitur tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 28. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. post questionem 8. Suar. de censur. disp. 43. sect. 3. num. 2. in fine. Tolet. in summa, lib. 1. cap. 63. edit. ult. alias cap. 69. num. 4. editione Lugdunensi, anno 1604. Contra multos, quos reprobatur idem Sanch. d. lib. & capite, toto nu. 27. quorum aliquos refert, & sequitur Garcia de benefic. p. 11. cap. 10. nu. 77. Verum illorū fundamentis optimè satisfacit Sanches citatus, nu. 37. ubi illum vide, & limitationem, quam apponit nu. 29.

**4 Ibi, Voluptatibus.** Notat Menoch. 15. remedio recuperanda, nu. 43. & per illum docet, quod licet Pontifex possit ad libitum revocare commendam, & commendatarium spoliare, hoc debet intelligi cum commendata est ad incertum tempus, nam si ad certum, & ad vitam, tunc sine causa non afferetur, qui alios refert.

**5 In Glossa, verbo, Satis, ibi, Sed quid.** Ait Glossa filios reorum læse Maiestatis, non privari beneficijs ecclesiasticis obtentis, aut obtainendis ob crimen paternum; Glossam sequuntur Ioann. Andr. cap. Vergentis, nu. 5. de heretic. & ibi Calderin. quem refert, & sequitur Anania, ibi nu. 12. Cardinal. ibi, in fin. Abb. in cap. Cum laici, in fin. de iure patronat. Franch. in cap. Ut commissi, nu. 3. notabili 7. de heretic. in 6. & ibi Dominicus, §. Privandi. num. 7. Imol. in l. In insulam, 42. in fine, ff. solut. matrimon. & in l. Cum filius familias, num. 7. ff. de verborum obligationibus, Alex. Addit. ad Bart. in l. Quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. Roman. singul. 693. Matth. de Afflict. lib. 9. fæudor. tit. qua sunt regalia, §. Et bona, nu. 118. Angel. de maleficijs, verbo, & eius bona, vers. Quid si filius, nu. 27. & ibi Augustin. de Arimin. in Addit. vers. Tu autem. Turrecrem. in cap. Si quis, 6. q. 1. nu. 7. Gynas tract. de crimine læsa maiest. lib. 3. tit. 1. tota quæstione 9. Ruinus cons. 17. nu. 4. vol. 5. Hyppol. in rubrica. ff. de fidei iusser. nu. 120. Repertorium Inquisit. verbo, filijs, vers. Nota quod si. Decis. Capella Tolosan. 120. nu. 6. Roland. cons. 16. num. 15. vol. 4. Aufter. in addit. num. 1. Decianus in practic. crimin. lib. 7. cap. 41. nu. 11. & lib. 5. cap. 45. nu. 4. Cental. in addit. ad Farinac. decis. 62. part. 1. littera B.

ampliat. 1. Sánchez tom. 1. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 18. contra aliquos, quos ibi refert pro beneficijs in posterum obtainendis. Notabis insuper, quod si filij ad ordines promoti sint ante parentis delictum; non privantur usu ordinum; cum idem ius acquisitum habeant, quo nemo absculpa culpa sua privari potest; tradit Mayol. lib. 5. de irregularitate, cap. 47. nu. 6. Suar. 5. tom. de censur. disp. 43. sect. 3. nu. 2. in fine, qui multos refert; tradit noviter Sanch. in summa. Decalog. lib. 2. cap. 28. nu. 10.

**In eadem Glossa, ibi, Pecunia patris.** Docet Glossa filium, qui beneficium, adeptus est ob patris pecuniam, licet ipse filius id omnino ignoret, beneficium perdere, quia furtivum est; & allegat cap. 1. 1. q. 5. recte quidem, ut enim qui furtum facit, rem suam non facit, sic qui beneficium tali modo adeptus est, beneficij fructus suos non facit, & collatio omnino nulla est, cap. Ex insinuatione, de simonia, & cap. Nobis, eodem tit. ibi. Penitus reprobanda. Abb. in cap. penult. de electione, num. 2. & ibi Barbacia, Anania in d. cap. Nobis, de simonia, num. 2. & 3. Cosmas in pragmat. sanctionibus, tit. de electione. cap. 1. Additio Capella Tolos. 439 nu. 3. Caſadorus decis. 3. num. 3. de sequestrat. poss. Gom. in regula triennali, q. 12. vers. Et ista. Rota apud Farinac. decis. 9. num. 7. Vega in summa. 2. p. cap. 101. casu 33. Lessius de iust. & iure, lib. 2. cap. 35. nu. 142. Suar. eleganter tom. 1. de relig. tract. de simon. cap. 38. nu. 35. ubi alij. Garcia de benefic. p. 8. cap. 1. nu. 6. Contrarium, sed non ita probabiliter, sequuntur Felin. in cap. Insinuatum, de simonia. nu. 5. corras. 4. p. cap. 1. nu. 3. Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 113. & conf. 37. nu. 3. & conf. 95. & 96. de simonia, Vgolin. tabul. 4. cap. 7. Covar. in regul. peccatum, 2. p. §. 8. nu. 8. quos optimè convincit Suar. ubi supra, quem vide. Vtrum taliter provisus ex hoc titulo colorato, gaudeat beneficio regulæ de triennali? Videbis que scribunt Gomes in regula de triennali, q. 12. Vgolin d. tab. 4. cap. 6. §. 4. nu. 2. Lessius citatus, nu. 140. Rebus. de pacific. possess. num. 241. alias 198. Garcia supra, num. 15. qui omnes affirmant.

**In eadem Glossa, ibi, Hoc tamen scias.** Vbi ait, quod multoties quis privatur sine culpa, sed non sine causa, & ultra ibi allegata per Glossam, notant Doctores de parvulis occisis in expugnatione urbis hostilis, in bello iusto, quos quidem, licet interficere secundario, & indirecte, ut aiunt Victoria in relectione de iure belli, num. 37. Aragon. 2.2. q. 64. art. 6. in fine. Bañes 2.2. q. 40. art. 1. dub. 11. Valent. tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 3. Sayr. in clavi regia, lib. 7. cap. 12. num. 14. Lessius lib. 2. de iust. cap. 9. dub. 7. num. 37. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 7. q. 7. quia licet parvuli, & innocentes sine.

sine culpa pereant, non pereant sine causa, ut hostes scilicet debellentur, qui aliter debellari non possunt.

- 8 Idem ferè casus in innocentे cognito evi-  
denter, ut tali à iudice privata scientia, sed se-  
cundum allegata, & probata reo, & convicto,  
quem nulla ratione potest liberare, hunc enim  
ex sententia multorum damnare poterit, tam  
in criminalibus, quam in civilibus, quia licet  
innocenter damnetur, non damnatur sine cau-  
sa, id est bono communi, quod postulat ut se-  
cundum allegata, & probata, iudex sententiam  
ferat. Ita S. Thom. 2.2. q. 67. art. 2. & ibi Caiet.  
Bañes, Salón, Aragón. idem sentit Alex. de Ales p. 3.  
q. 34. membr. 1. art. 4. & q. 40. membr. 6. art. 2.  
§. 1. Henricus de Gandavo *Quodlibet.* 3. q. 25. Altis-  
siodor. p. 3. summ. tit. in quibus sit obediendum. Ricb.  
in 4. dist. 18. art. 3. q. 2. ad primum. S. Antonin. 3. p.  
tit. 9. cap. 2. §. 6. Ioann. Maior in 3. dist. 53. q. 4.  
Abulens. in cap. 23. Exod. q. 6. Sylv. verbo, iudex, 2.  
quest. 5. ubi dicit esse sententiam communem.  
Tabiena, verbo, iudicare, §. 5. Sot. lib. 5. de iustitia,  
q. 4. art. 2. Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 9. & 10.  
& in cap. Si quis, de pœnit. dist. 7. nu. 129. Covar.  
lib. 1. variat. cap. 1. nu. 6. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 11.  
p. 2. Tolet. lib. 5. summa, cap. 6. nu. 11. & cap.  
56. num. 3. & ibi Victorellus Addisonator, Sayrus in  
elavi, lib. 12. cap. 8. nu. 13. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 2.  
quest. 10. in fine, apud quos, maximè apud Co-  
var. videri possunt alij, quos referunt. Stant  
pro contraria opinione gravissimi Doctores ex  
iurisperitis, Martinus antiquus iuris Civilis interpres  
in l. Illicitas, §. Veritas, ff. de officio praesidis. Hugo in  
l. Prætor. ff. de iurisdictione omnium iudic. Immol. in  
l. à Divo Pio, ff. de regul. iuris. Calderin. Hostiens. Pa-  
normitan. in cap. Pastoralis, de officio delegat. Abb. in  
cap. 1. de officio ordin. Ex Summis Angel. verbo,  
iudicare, §. 7. Saa in sum. verbo, iudex. Ex Theo-  
logis Lyra in cap. 23. nu. 7. Exod. ibi. Insontem, &  
iustum. Adrian. Quodlibet. 6. art. 4. Petr. Navarr de  
restit. lib. 2. cap. 3. num. 161. Elegantissime om-  
nium Lessius lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 10. à nu. 77.  
qui certè optimè distinguit inter civilia, & cri-  
minalia, à nu. 84. ubi nu. 45. bene reiicit, Covar.  
& num. 86. & seqq. contraria solvit; utrunque  
opinionem tute amplecti potes.

## CAP. Dominus noster. VIII.

### S V M M A R I V M .

- 1 Christus natus etiam ex gentilibus.
- 2 Multi in Christi genealogia adulteri.
- 3 Fidei opera adiungenda ad salutem.
- 4 Cur in christi genealogia specialiter no-  
minati Phares, & Zara.

- 5 Rahab an fuerit meretrix?
- 6 Hebrais an esset licitum ducere alieni-  
genas?

### I N textu, ibi, De alienigenis.

Probatur ex duabus fœminis Rahab, &  
Ruth, hac Moabitide, illa Cananæa, & Ie-  
ricuntina. De Rahab scribit sacer Historiogra-  
phus Iosue 2. & Iosue 6. item Paulus ad Hebr. c. 11.  
De Ruth extat inter Canonicas integra histo-  
ria, quæ Ruth inscribitur. Intellige has veram  
Dei religionem accepisse, & de gentium erro-  
ribus transisse ad Iudaismum; videbis Barradum  
tom. 1. concordia, lib. 5. cap. 3. ubi multa de his  
fœminis. Maldonatum in cap. 1. Matth. nu. 5. §. Sed  
alia hinc; & interpres communiter ad dictum  
locum Matth. De mysterio autem alienigena-  
rum in Christi servatoris genealogia lege, quæ  
scribunt. S. Ambros. in Comment. super Lucam, cap.  
3. & lib. de Salom. cap. 5. D. Chrysostom. homil. 3.  
in Matth. & homil. 5. de pœnit. Theodore. epistol. ad  
Hebr. cap. 11. Rupert. in lib. Iosue, cap. 12. D. Hi-  
ronym. Comment. in Zachariam, cap. 3. & lib. 2. con-  
tra Iovinianum, lib. 2. pag. 27. ubi explicat locum  
1. Esdræ, cap. 10. pro ut refertur in cap. Iesu,  
dist. 50. Item & Origen. homil. 2. in Cantica, ubi de  
regina Sabba.

### In textu, ibi, Adulterinis.

Hoc dicit propter Davidis adulterium, de quo  
lib. 1. Regum, cap. 11. Nam quod alij addunt Iu-  
dæ concubitum cum Thamar fuisse adulteri-  
num; falluntur egregie cum, ex sacra Scriptu-  
ra Genes. 38. num. 12. constet aperte mortuam  
iam fuisse suam uxorem Iudæ, eo tempore,  
quo ipse rem habuit cum nuru Thamar, quæ  
etiam vidua erat, nec ex illis verbis eodem  
cap. 38. nu. 11. Iudæ ad Thamarem. Esto vidua in do-  
mo patris tui, donec crescat filius meus Sela, satis col-  
ligitur fuisse contracta sponsalia inter ipsam  
Thamarem, & Selam, ut concubitus cum Iu-  
dæ videretur adulterinus, etiam in sententia  
eorum, qui volunt adulterium esse rem cum  
sponsata habere; quos refert, & reprobat San-  
ches tom. 1. matrimon. lib. 1. disp. 2. nu. 2. ubi plu-  
res, alios refert pro contraria sententia, quam  
bene sequitur nu. 2. Cæterum de pœnitentia  
Davidis ob adulterium, videndus est S. Ambros.  
duplici apologia in David. præcipue cap. 3. ubi pul-  
chrè de eius mysterio. Hieronym. in Oseam, cap. 1.  
& 2.

### In textu, ibi, Operibus impletat.

Rectè, nam fides sine operibus mortua est. Ia-  
cob cap. 2. nu. 17. ubi multa ex Patribus addu-  
cit frater Balthasar Pacz; videndi de hac re præ-  
ter scribentes ad locum D. Iacobi, *Origenes* in 4.  
homil. lib. *Canticorum*, & homil. 10. in cap. 21. Matth.  
tom. 3;

tom. 3. S. Hieronym. *Dialog. contra Luciferanos*, & lib. 8. in cap. 26. *Esaiae*, tom. 4. & lib. 1. in cap. 3. *Abacuh* ad illa verba *Ficus enim non florebit*; & cap. 2. *Sopboniae* explicans iliud. *Hec est civitas gloria*s, & lib. 2. in cap. 17. *Proverb.* tom. 7. ibi. *Quid prodest habere divitias studio*, & in cap. 19. eiusdem libri, ibi. *Pigredo inimicit soporem*, &c. S. Augustin. lib. 1. de doctrina christiana, cap. 37. tom. 3. & lib. cui titulus est, *Enchiridion ad Laurent.* & lib. de fide & operibus, tom. 4. & lib. *Ocloginta trium questionum*, & lib. 5. contra *Faustum*, ubi bene expendit illa verba Christi Domini Matth. 28. *Baptizantes eos, & docentes servare omnia*, &c. & in *Psalm.* 101. ibi. *Filiij seruorum habitabunt*, &c. & *Psalm.* 127. ibi. *Videbis filios filiorum tuorum*, ubi egregie explicat locum Matth. 21. de ficalnea non habente ficus. S. Gregor. lib. 25. moral. cap. 10. in cap. 34. *Iob.* Adde quæ cum multis s̄epe notat Maldonatus, præser-tim in cap. 9. Matth. nu. 2. §. Colligunt ex hoc, & quatuor sequentibus, & *Luc.* cap. 7. nu. 50. ibi. *Fides tua te salvam fecit*, & *Luc.* cap. 7. num. 50. & *Ioann.* cap. 3. nu. 15. ibi. *Vt omnis qui credit in ipsum*. & cap. 6. nu. 29. ibi. *Hoc est opus Dei*, ut credatis in eum, & cap. 12. num. 42. & 43. §. 85. & cap. 14. num. 21. §. ibi. *Qui habet mandata mea, & servat ea.* Ad quæ loca videantur etiam sacri inter-pretes.

#### In textu, ibi, Phares, & Zaran.

Nati sunt hi ex damnato concubitu Iudei, & Thamaris, *Genes.* 38. nu. 27. licet D. Chrysost. homil. 26. in *Genes.* conetur utrumq; à peccato excusare, sed frustra, cum vere peccaverint mortaliter ex S. Hieronym. in *quest. Hebraic.* & S. Au-gustin. contra *Faustum*, lib. 22. cap. 61. Ruperto citato à Barrada tom. 1. lib. 5. cap. 6. cuius illa sunt verba vere aurea. *Omnis gloria gentis Iudaica, cuncta nobilitas populi eius*, ex hoc flagitio profluxit, ut omne os obstruant, & de meritis suis nemo glorietur. Cæterum cur hi duo fratres ambo nominentur in Christi genealogia, leges apud S. Ambros. in *Luc.* S. Chrysostom. *Theophilat.* & *Euthymium*, in cap. 2. Matth. nu. 2. Barradam tom. 1. lib. 5. cap. 7. in fin. Maldonat. cap. 1. nu. 2. Matth.

#### In textu, ibi, Inde postea Salmon.

De hoc Salmone dicitur 1. *Paralipomen.* 2. fuisse filium Naathson Principis filiorum Iudei, cum egressi sunt de terra Ægypti; hunc duxisse sibi Rahab Cananeam, & Iericuntinam uxorem, ex eaq; genuisse Booz, constat ex cap. 1. Matth. nu. 5. quod occasionem aliquibus dedit dubitantri. An Rahab vere fuerit meretrix, ut de ea habetur *Iosue* 2. num. 1. & 2. & *Iosue* 6. nu. 11. Quis enim credat virum Principem Salmonem, meretricem uxorem accepisse? Non meretricem, sed cauponam, & hospitam fuisse, tenent nonnulli Hebræi ut Rabbi Salom, quem sequitur *Lyra ductus ex varia significatione nomi-*

*nis Hebræi, Zonach, quod, & meretricem, & hospitam, sive cauponam significat, & ita verit Pagninus Vatablus, Arias Montanus, meritotiam. Cæterum dicendū est verè fuisse meretricem. Sic enim appellatur à Paulo ad Hebr. 11. num. 3. Jacob cap. 2. nu. 25. qui ambo utuntur voce græca, qua usi sunt septuaginta interpretes mere-tricem, non cauponam significante. Lege quæ docte scribit Maldonat. de hac quæstion. in cap. 1. Matth. Adde ultra ibi notata huius opinionis fuisse S. Clementem, epistol. ad Ephesios, Irincum lib. 4. cap. 37. S. Hieronym, epistola ad Pamachium, quæ est proœmium Prophetarum. Chrysostom. tom. 5. homil. 5. de pœnitentia, & homil. 3. in Matth. & homil. 40. ad populum, & oratione 40. quæ est in sanctum baptisma, & oratione 16. quæ est de pauperum amore. S. Augustin. in quæstionibus super Iosue, q. 2. Ambros. lib. 2. de virginibus, & lib. 8. in *Luc.* cap. 16. Barrad. tom. 1. lib. 5. cap. 8. Serarius in cap. 1. Iosue, docte Ribera in epistola ad Hebr. cap. 11. nu. 3. ubi Iustinianus, & Cornelius de Cornelij, qui plures referunt fr. Balthasar Paes in epistola Iacobi, cap. 2. nu. 25. Rationem dubitandi solvunt Barrad. & Maldonat. locis citatis.*

Ex hoc Salmonis, & Rahab coniugio dubitant Doctores, utrum Hebreis licet ducete alienigenas? Conclusio est affirmativa; si alienigenæ veram religionem prius amplectenterentur, ut constat amplexatam esse Rahab, *Iosue* cap. 2. nu. 11. & *Ruth* cap. 2. nu. 16. de filia Pharaonis, probat *Sotio Major* statim citandus ex *Psalm.* 44. num. 11. Quia *Exodi* 34. nu. 16. solum idolatria redditur pro causa prohibitionis factæ *Deuteronomio* 7. nu. 3. Probatur facto Davidis 2. Reg. cap. 3. nu. 3. qui sine reprehensione duxit Maacham filiam Regis Gessur. Item facto Salomonis, qui duxit Pharaonis filiam, 3. Reg. cap. 3. nu. 1. & post hoc coniugium immediate dicitur nu. 3. *Dilexit autem Salomon Dominum*, &c. ut benè expendit *Sotio Major* in prefat. ad *Cantic.* *Canticor.* prefat. 2. quod est de tempore, & occasione, quam habuit Salomon scribendi *Cantic.* *Cantic.* ubi hanc opinionem multis probat, & §. Sed tamen obijcit; diluit obiectiōnem ex 3. Reg. cap. 11. Hanc sententiam etiam docet Barrad. d. tom. 1. lib. 5. cap. 8. ubi allegat Abulens. Maldonat. in Matth. cap. 1. nu. 5. §. Sed alia, & cōmuniter scribentes ad cap. 34. *Exod.* nu. 16. *Deuteronom.* 7. nu. 3. & 23. nu. 17. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 23. An vero si eæ fœminæ in idolatria perseverarent, valeret cum eis Iudeorū matrimonium, an omnino esset irritum? tradit *Sanches de matrimonio* lib. 7. disp. 70. ubi num. 6. refert Authores tenentes esse irritum iure divino; numero vero septimo, refert cōtrarium sentientes, quos ipse ibi sequitur & bene; idem iudicat *Rebellus de obligat.* *iustitia lib. 3. quæstione 9. num. 2.*

## CAP. Ismael. IX.

CAP. Ismael. IX.

## S U M M A R I V M.

- I Agar an vere fuerit uxor Abraham?  
2 Ismaelis, & Isaac discordia, quid?  
3 Ancillarum, & secundarum uxorum  
filij, quomodo dicebantur?

**I**N textu, ibi, Mater ancilla Agar. Ancillam Sarx appellari Agar constat ex multis sacrarum litterarum testimonij, Genes. cap. 16. nu. 1. & 8. & cap. 21. nu. 10. & cap. 25. nu. 12. Ad Galat. cap. 4. nu. 22. & 23. & 30. Hanc verè fuisse Abraham uxorem, licet minus principalem, docent ex Patribus S. Augustin. in lib. de bono coniugali, cap. 9. 13. 15. usq; ad 20. & lib. 1. quæst. super Genes. q. 90. & lib. 16. de civitate Dei, cap. 25. & 34. Clemens Alexand. Stromat. lib. 2. pagin. 457. Cæsar Baronius annal. tom. 1. pag. 74. Genebr. Chronic. lib. 1. pag. 43. & 55. Bellarmin. lib. 1. de matrimon. cap. 11. & lib. 2. de Concil. cap. 8. Anton. Augustin. Archiepiscopus Tertiaconensis, lib. 1. de emendatione Gratiani Dialogo 15. pag. 151. & 155. Setomayor in Cantica Cantorum. cap. 6. nu. 7. ibi. Sexaginta sunt regine, & octoginta concubine, &c. ubi pag. 1097. editionis primæ commode explicat Terullianum lib. 1. ad uxorem, pag. 603. & lib. de exhortatione ad castitatem, pag. 650. & lib. de monogam. pagin. 665. item D. Ambros. de Abraham lib. 1. cap. 4. & D. Hieronym. ad Ageruntiam, de monog. tom. 1. pagin. 119. & lib. 1. contra Iuvitianum, pag. 509. vide quæ scripsit Sanch. de coniugio multiplici Patriarcharum, & hominum legis veteris, lib. 7. de matrimonio, disp. 80. num. 12. & recurre ad cap. Christiano, 5. dist. 32. num. 1.

**2** In textu, ibi, Fraterna discordia.

Pendet explicatio huius loci ex cap. 21. num. 9.  
Genes. ibi. Cumq[ue] vidisset Sara filium Agar Agyptia  
Iudensem cum Isaac filio suo, &c. ubi pro verbo,  
Iudensem, legunt multi, digladiantem, percutientem;  
ita Procopius apud Benedictum Fernandes in Genes.  
cap. 21. nu. 7. sect. 2. nu. 1. ubi ad verbum trans-  
cribit, quæ Lyra habet in eodem loco, sequitur  
Hieronym. citatis, in Glossa ordinaria, S. Thom. epist.  
ad Galat. cap. 4. nu. 29. lect. 8. Caietan in d. locum  
Pauli; ad quem videndi sunt Cornel. de Cornelijs,  
Iustinianus, Salmeiron, & ad locum Genes. citat  
ibi scribentes, præsertim Abulens. Honcalla Perei-  
ra, Cornel. de Cornelijs, Delrius, Oleastrius, Lippo-  
mannus in catena, & multi apud eosdem. De se-  
paratione Ismael à populo Dei, idest ab Isaac,

habes Genes. cap. 20. nro. 10. & cap. 29. nro. 6. & ibi  
interpretes. An autem discordia sit peccatum  
mortale? Vide D. Thom. 2. 2. q. 37. art. 1. qui  
resolvit discordiam, quæ per se concordia ad-  
versatur, peccatum esse mortale, nisi ex im-  
perfectione actus excusat.

In textu, ibi, Cuius magis filius erat. Ancillarum, vel secundarū uxorum liberi, primarum dicebantur, ut est vulgare in sacra pagina Genes. cap. 16, nn. 2. & cap. 30, nn. 3. & seqq. Dicebantur hi filij legales, ut bene notat Gloſa hīc, licet alij essent filij legales, de quibus latè Barrad. tom. I. lib. 5. cap. 30. & interpretes Deuteron. cap. 25. nn. 5. & Genes. cap. 38. nn. 9.

## CAP. Sigens Anglorum. X.

*S Y M M A R I V M.*

- 1 Sanctus Bonifacius martyr quis fueritis?  
2 Anglia à quo filiem acceperit?  
3 Fili⁹ illegitimi an sint infames?  
4 Milites ceteris castiores esse debent.  
5 Hispania ob luxuriam capta à Mauris.

**I**N superscriptione, ibi, Boni-  
facius martyr. Fuit natione Anglus,  
Archiepiscopus Mo-  
guntinus; vixit temporibus Gregor. 2. qui Pon-  
tificatum nactus est anno 715. rexitque usque ad  
annum 731. Obiit Sanctus Bonifacius an. 755.  
Pontifice Stephano III. De Sancto Bonifacio  
multa tradit Baron. tom. 9. annal. ad annum 755.  
scripsit varias epistolas, quae in lucem emis-  
sunt Typographorum opere, Moguntiae anno  
1605.

In textu, ibi, Gens Anglorum.<sup>1</sup>

Accepere hi fidem Christi à Ioseph ab Arimathia, de quo Evangelistæ Matthæus cap. 27. Marcus cap. 15. Lyc. cap. 23. Ioann. cap. 19. ita scribit Gildas, quem sequitur Beda in historia Anglicana, lib. 1. cap. 1. & 2. Baron. tom. 1. anno Christi 35. num. 5. Polydorus Virgilius lib. 2. historiae Anglicane. Prædicata est iterum fides Lucio Anglorum regi; iussu Eleutherij Papæ duodecimi à Petro, ex Beda lib. 1. cap. 4. Polydoro, & Gilda supra civitatis, Baron. anno Christi 596. m. 9. Durarunt in vera fide usq; ad annum Christi 1534. in quo ab ea defecit per hæresim Henricus VIII. anno regni sui 25. vide Suar. in defens. fidei, lib. 1. cap. 2. p totū. Lege etiam Francisc. Longum à Corigliano in suo Breviario chronolog. an. Dñi 1550. fol. 411.

## In textu, ibi, Ignobiles. Ergo si-

gitimi turpes, infamesq; personæ censentur; textus similis in cap. *Coniunctiones*, 35. quest. 2. & in cap. *Cum malta*, 15. quest. 8. Nam adulterinæ plantæ non dabunt radices altas, nec stabilem sedem ponent, de quo latè disputant *Alciatus* lib. 10. parergon. cap. 8. *Palatius in repetitione capituli*, notabili 3. §. 10. nu. 3. *Menoch.* de *arbitrat.* casu 464. nu. 17. *Paleotus de notis, & spurijs*, cap. 55. nu. 1. qui omnes nostri textus meminere.

## Ibi, Nec in bello fortē. Ponde-

ra. l. 15. connubial. *Glossa* 1. nu. 25. & ex eo notat vacantes libidini esse alijs in bello deteriores, *Angel.* in l. *Miles item heredem*, §. *Mulier*, ff. de militari testamento, qui textus prohibet militem relinquere mulieri, in quam sinistra suspicio cadere potest. Vnde *Homerus* lib. 5. *Illiados*, ait quod Iuppiter Veneri rebus bellicis interdixit, tanquam his maximè adversanti: vide eundem *Tiraq.* qui multa ex *Platone*, *Plutarcho*, *Galen*, & alijs; refertq; textū *Palatius in repetitione capituli*, notabil. 3. §. 10. nu. 2.

In textu, ibi, Hispaniæ. De hoc dixi satis in *historia mea episcoporum Portucalensium*, quam edidi anno 1623. in urbe Portucalensi, cum essem eius episcopus, vide p. 1. cap. 11. fol. 119. sunt ibi à me scripta valde consona his, quæ in præsenti sanctus Bonifacius, qui eo tempore in vivis erat. Quia tamen liber ille à me editus, solum maternæ, & vernaculae Lusitanorum linguae legendus inservit, non quidem abs te faciam, si aliquid huic loco intexam, quod plurimarum nationum manibus teratur, & sermonibus usurpetur. Hispania igitur in impissimum Maurorum iugum, & fædissimam Mahometanæ gentis ditionem devenit, tūm ob indomitam effrenatamq; luxuriam, tūm præcipue (ut auctor est *Franciscus Longus in Breviario Chronicor.* anno Domini 704. fol. 208.) quia in debita reverentia, & subiectione Sedi Apostolica defecit, ut mox probabo. Luxuriam vero suam in eo testata est Hispania, quod non solum Rex Rodericus Comitis Iuliani filiam violenter constupravit; sed etiam regnante Vvtyiza, sic in omnem libidinem, ac turpitudinem solutis habenis preceps rugebat iuventus Hispana, ut ubique pudor, ubique legum integritas violaretur, & mira scelerum impunitas in toto regno vagaretur. Cum enim Principes mores sunt corrupti, ipsi etiam cives, & clientes moribus sunt perditissimis, & corruptissimis. Videatur *Baron.* tom. 8. an. 701. & 713. Quas vero vires habeat luxuria ad civitates funditus delendas imperiaq; evertenda, pulchre insinuavit *Michael Verinus* in lib. *Sententiarum*, cū fœminas omnis peccati gluten appellavit.

Fœmina peccati gluten: latet anguis in illa.  
Si sapis banc, ceu sit pestis amara, fuge.

Et iure optimo luxurianæ pesti cōparavit; quæ admodum enim pestis integrum sepe urbem devastat, ac depopulatur: ita luxuria totius regni faciem, ac pulchritudinem demolitur. Quod verò attinet ad subiectionem Apostolicae Sedi denegatam, iuvat hūc verba transferre *Francisci Longi* supra citati. Non alia, inquit, maior causa intercessisse excogitari potest, cur regnū illud Deus impijus Sarracenis tradiderit conculandum, quam defactio à Sede Apostolica, non quidem in rebus fidei, sed in iurisdictione, & temporalitate.

## CAP. Nisi. XI.

## SUMMARIUM.

1. Filius illegitimus tollit malam præsumptionem, monasterium ingrediens.

**I**n textu. Collige ex illo, quod licet ex delicto paterno præsumatur filij laboraturi pluribus, et diversis delictis, hoc tamen fallit, nisi tales filij religionem sint ingressuri. Tradit *Alciatus de præsumpt.* reg. 2. præsumpt. 7. num. 2. qui nostri textus meminit. *Lancellotus Conradus in templo omnium iudicium*, lib. 2. cap. 1. §. 4. vers. *Natalium*. Adde posita ad cap. 1. nu. 2. & cap. 2. nu. 1. bac eadem dist.

## CAP. Apostolica. XII.

## SUMMARIUM.

1. Ad Papam pertinet dispensatio cum illegitimo ad sacros ordines.
2. Ad beneficia, quæ habent curam animarum.
3. Ad dignitates, & personatus; licet non habeant curam animarum.
4. Ad episcopum pertinet dispensatio ad ordines minores.
5. Ad beneficia simplicia.
6. Ad pensiones.
7. Ad canonicatus etiam Ecclesie Cathedralis.
8. Licet habeant annexam curatam.

## IN textu, ibi, Cōnivendo cū.

**I**Agunt hoc loco Doctores de dispensatione super illegitimis, & concludunt eam, quoad ordines sacros pertinere tantum ad

## Prima pars Decreti.

522

- Summum Pontificem cap. 1. de filijs presbyteror.**  
in 6. ubi scribentes, Suar. de censur. disp. 50. sect. 5.  
num. 1. Avila part. 7. de censur. disp. 3. dubio 6. con-  
clus. 2. Henr. de irregularit. lib. 14. cap. 8. nu. 10.  
Valent. tom. 4. disp. 7. quest. 19. puncto 3. §. 2. To-  
let lib. 1. summa. cap. 59. num. 3. Lessius lib. 2. de ius-  
titia, cap. 34. dub. 18. num. 86. Sayr. cum multis,  
lib. 6. Thesaur. cap. 11. nu. 5. Garcia de benefic. p. 7.  
cap. 2. nu. 51. & 52. ubi plures refert.
- 2 Item quoad beneficia curata; ita Doctores**  
supra citati.
- 3 Item ad dignitates, & personatus, licet non**  
habeant animarum curam, ita *Glossa* in cap. 1.  
verbo, *beneficium*, *de filijs presbyterorum*, in 6.  
quam sequuntur ibi *Archidiac.* *Anchar.* *Franch.*  
num. 6. *Dominic.* num. 8. *Albertus Trotius* de vero,  
& perfecto clero, lib. 2. cap. 2. num. 1. *Petrus Gre-  
gor.* tractat. de benefic. cap. 35. num. 7. *Rosinacius*  
eodem titulo, cap. 13. num. 28. *Mandofius* de signa-  
tura gratiae, *titulo de dispensatione super defectu natal.*  
vers. Ad dignitates. *Sylvest.* verbo, *beneficium*, 3.  
num. 12. *Armilla* num. 25. *Rosella*, verbo, illegiti-  
mus, num. 11. *Mayol.* lib. 1. de irregularitate, cap. 8.  
num. 10. *Petrus Ledesma* in summa de matrimonio,  
cap. 34. *Sayr.* lib. 6. *Thesauri*, cap. 11. num. 8. *Garcia* de benefic. part. 7. cap. 2. num. 53. *Molin.* de ins-  
tituta, tom. 1. disp. 173. *Henr. lib. 14.* de irregulari-  
tate, cap. 14. lib. 10. *Tolet.* lib. 1. summa, cap. 58.  
num. 3. *Azor.* tom. 2. lib. 6. cap. 3. quest. 3. dub. 6.  
conclus. 2. *Lessius* lib. 2. cap. 34. dubio 18. num. 86.  
*Avila* de censur. part. 7. disput. 7. *Suar.* de censuris,  
disput. 50. sect. 5. num. 6. & plures, qui ab eo re-  
feruntur.
- 4 Ad episcopum tamen pertinet dispensa-  
tio cum illegitimis ad ordines minores;** de  
qua *Glossa* in cap. 1. verbo, per sedem, *de filijs*  
*presbyterorum*, in 6. *Hostiens.* in summa, lib. 1. tit. de  
*filijs presbyterorum.* *Panormitan.* in cap. *Namis*, nu. 2.  
de *filijs presbyter.* *Summa Astens.* part. 2. lib. 6. tit. 22.  
art. 4. quest. 1. *Summa Pizanella*, verbo, illegiti-  
mus, §. *Quis potest dispensare.* *Sylv.* verbo, illegiti-  
mus, quest. 5. *Bachon.* 4. distinct. 25. quest. 6. art. 2.  
*Ledesma* 2. 4. quest. 26. art. 2. tractat. de irregula-  
ritate, *Sotus* in 4. dist. 1. art. 3. conclus. 1. *Tabierna*,  
verbo, *beneficium*, 2. num. 16. §. *Quarto decimio.*  
*Paleotus de Notbis*, & *spurijs*, cap. 57. num. 6. *Ri-  
chard.* in 4. dist. 25. art. 4. cap. 17. num. 201. *Vivald.*  
de irregularit. num. 127. *Mayol.* de irregularit. lib. 1.  
cap. 8. num. 8. & 9. *Graff.* lib. 4. cap. 27. num. 57.  
*Philippicus* lib. 4. cap. 8. *Sayrus de censuris*, lib. 6.  
cap. 1. num. 8. *Garcia* de benefic. part. 7. cap. 2. nu.  
48. *Suar.* de censur. disput. 50. sect. 5. num. 2. *Hen-  
riq.* lib. 14. cap. 8. num. 10. *Valentia* tom. 4. disp. 7.  
quest. 19. puncto 3. §. 2. *Avila* part. 7. de censuris,  
disp. 3. dub. 6. *Tolet.* lib. 1. summa, cap. 58. num. 3.  
*Azor.* tom. 2. lib. 6. cap. 3. quest. 3. *Lessius* lib. 2. de  
iustitia, cap. 34. dub. 18. num. 86.
- 5 Pertinet etiam ad episcopum dispensare**  
**cum illegitimo ad beneficium simplex;** ita  
authores citati numero superiori. An vero  
dispensare possit cum eodem, ut simul plura  
habeat beneficia simplicia? Videtur affirmare  
*Glossa* in cap. final. verbo, ad *ordines*, *de filijs*  
*presbyterorum*, in 6. cum *Selva* de benefic. 3. part.  
quest. 12. num. 19. *Menoch.* de arbitrat. lib. 2. casu  
201. num. 156. Negant, & bene *Franch.* num. 4.  
*Dominic.* num. 8. in cap. fin. de *filijs presbyteror.* in 6.  
*Sylv.* verbo, *beneficium*, 3. num. 17. *Amilla* eodem,  
num. 32. *Zerola* in praxi, 1. part. verbo, *Oido*, in  
fine. *Garcia* de benefic. part. 7. cap. 2. num. 50. *Sar-*  
*verbo*, *beneficium*, nu. 19. *Valent.* tom. 4. disput. 7.  
quest. 9. puncto 3. de secunda specie irregularit. *Avila*  
part. 7. de censur. disp. 3. dub. 6. conclus. 2. *Tolet.* in  
summa, lib. 1. cap. 58. nu. 3. *Azor.* 2. p. lib. 6. q. 12.  
qui addit, hoc verum esse, licet unicum bene-  
ficium non sufficiat ad sustentationem.
- Pertinere etiam ad episcopum dispensa-  
tionem obtinendae pensionis, si illa detur lo-  
co beneficij; tenet *Gygas* de pensionibus, q. 16. Re-  
bus. de dispensatione super defectu natal. nu. 45. & in  
de dispensatione ad plura, nu. 65. *Cuchus* instit. Can-  
onic. lib. 2. tit. 8. §. In primis. *Navar.* cons. 5. de *filijs pu-  
blierorum*, & cons. 61. nu. 3. *Quintanaduenas* lib. 1.  
cap. 6. nu. 6. *Zerola* in praxi, 2. part. verbo, *pensionarius*, §. 1. *Zechius* de benefic. & pensionibus, ap.  
14. num. 7. *Garcia* 1. part. de benefic. cap. 5. nu. 119.  
licet astruant illegitimo non esse necessariam  
dispensationem specialem ad pensionem extra  
eam, quam habeat ad primam tonsuram. *Sai-  
nen* in reg. de annali, q. 2. ubi refert decisionem  
*Rotæ*, *Paleotus de notbis*, & *spurijs*, cap. 58. num. 4.  
*Gonzales* *Glossa* 5. §. 5. & nu. 24, & alij, quos vide-  
bis apud eosdem.
- Pertinet etiam ad episcopum, ubi adhuc  
non viget dispositio Trident. sess. 24. de reforma-  
zione. cap. 12. (quod ad canonicatum Ecclesie  
Cathedralis ordinem sacrum requirit) dispensa-  
tio cum illegitimo ad talem canonicatum, &  
ubi ea viget adhuc ad eum pertinet cum ille-  
gitimo dispensatio ab habente potestate ad  
ordinem sacrum, ita *Glossa* in cap. 1. verbo, *ben-  
eficium*, *de filijs presbyter.* in 6. ubi *Archidiac.* *Lappus*,  
*Anchar.* *Franch.* nu. 6. *Dominic.* num. 7. *Oldrad.* cons.  
215. nu. 6. *Ias.* cons. 104. vol. 1. *Calderon.* cons. 6.  
*Navarr.* cons. 4. de *filijs presbyteror.* nu. 4. *Selva* de  
benefic. §. p. q. 62. *Villadiego* de irregularit. cap. 16.  
vers. Circa irregularit. *Gygas* de pensionibus, q. 17.  
nu. 3. *Petr.* *Gregor.* de benefic. cap. 35. nu. 7. *Tabien*.  
verbo, *beneficium*, 2. nu. 14. & 15. *Sylv.* cod. nu. 11.  
*Armilla* nu. 25. *Gambata* de officio legat. lib. 7. rubr. 1.  
q. 8. nu. 161. *Garcia* de benef. p. 7. cap. 2. num. 68.  
*Azor.* p. 2. cap. 3. q. 11. *Suar.* de censur. disput. 50.  
sect. 5. nu. 6. ubi apppellat receptam. *Lessius* lib. 2.  
de iustitia, cap. 34. dub. 18. nu. 8. Quidquid con-  
tradicant *Ioann.* *Monach.* in cap. 1. *de filijs presbyte-  
rorum*, in 6. *Bellamera* decis. 362. *Felin.* in cap. Postu-  
lanti, sub nu. 4. de rescript. *Cosmas* in *Pragmat.* sancti-  
tit. de collatione, §. Item censuit, verbo, *Cathedralis*.  
Rebus.

Rebus. in praxi, tit. de dispensatione, super defectu nat. num. 10. & sequentibus. Vgolin. de irregularitate cap. 94. §. 2. num. 3. Mayol. de irregularitate lib. 1. cap. 8. num. 10. Zerola in praxi, part. i. verbo, Canonici, §. 3. Sayr. in Thesauro, lib. 6. cap. 11. num. 13. Henr. lib. 14. de irregularitate, cap. 8. num. 10. in fine. Avila de censur. part. 7. disput. 3. dubio 6. & alij, qui per eosdem referuntur. Verum Mayolus, Zerola, Sayrus, Henr. Avila, & alij, apud eosdem, loquuntur tantum post Tridentum propter ordinem sacram annexum canonici; verum ego suppono illegitimum ad hunc ordinem esse dispensatum.

Non impedit hanc episcopi dispensationem ad canonicatum, illum annexam habere parochiale curatam, si haec per vicarium curetur; ita notant Garcia supra num. 59. Lessius num. 87. ubi alios citant.

## C A P. Cenomanensem.

### XIII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Habilitatus ad ordinem sacram, & quas cumq[ue] ecclesiasticas dignitates; antalis censeatur ad episcopatum?
- 2 Disp̄satus ad episcopatum; antalis censeatur ad Archiepiscopatum?
- 3 Filij presbyterorum ex ante habito legitimo matrimonio, non sunt irregulares.
- 4 Filij presbyterorum ecclesiae Græcae, quando non sunt irregulares?
- 5 Filij legitimi presbyterorum non possunt immediate patribus succedere in ecclesijs.
- 6 Possunt succedere parentibus intermedia persona.
- 7 Filij clericorum in minoribus, non possunt succedere immediate parentibus.
- 8 Avis nepotes legitimi ex filio legitimo possunt in beneficijs immediate succedere.
- 9 Filijs patres immediate possunt succedere in beneficijs, licet verè non sint legitimi.
- 10 Fratres fratribus immediate possunt succedere in beneficijs.

**I**n textu, ibi, Patienter suscipimus. Intellige ad eam dignitatem, de qua specialiter fit mentio, non ad aliam superiorē dispensando; unde qui legitimatur ad dignitates ecclesiasticas quascūq[ue], adhuc esset inhabilis ad episcopatum; ita Glossa in cap. 2. in verbo, dignitatum, de p̄abend. in 6. colligitur ex cap. Dilectus filius, & ibi expressé Panormit. nu. 2. de concessione p̄abenda. idem in cap. Cū Vintoniensis, nu. 8. de elect. Oldrad. cons. 14. Roman. cons. 138. Tabien. verbo, beneficium, 2. §. 20. nu. 24. Sylv. verbo, legitimus, q. 7. vers. Quartam. Sūma Astens. p. 2. lib. 8. tit. 38. art. 4. q. 3. Mayol. lib. 1. cap. 6. nu. 4. Sayr. lib. 6. Thesauri, cap. 11. nu. 28. licet repugnet Henr. lib. 14. cap. 8. nu. 10. lege quæ de se scribit Ioan. Andr. in additionibus ad Speculator. tit. de filijs presbyteror.

Hinc colligunt multi habitatum ad episcopatum, non ideo tales esse ad Archiepiscopatum, tenet Felin. post Innocent. in cap. Veniens, de accusat. Panormit. in cap. Vintoniensis, nu. 8. de elect. & in cap. Dilectus filius, nu. 1. de concessione p̄abenda. ubi alios refert. Tabien. verbo, beneficium, 2. nu. 24. §. 20. Sylv. verbo, legitimus, q. 7. vers. Quarto. Mayol. lib. 1. cap. 9. num. 6. Sayr. lib. 6. Thesauri, cap. 11. nu. 29. ubi alij videri possunt.

**I**n textu, ibi, Non sunt intel- ligendi de fornicatione. Presbyterorum filios ex legitimo natos matrimonio nunquam prohibitos esse ordinari, certum est, Glossa in cap. Presbyter, verbo, presbyter, hac dist. 56. Host. in sum. lib. 1. tit. de filijs presbyteror. nu. 5. §. Qui filij presbyt. Sūma Astens. p. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. Sūma Pizanel. verbo, illegitimus, §. Quid de filijs sacerdotum. Sūma Confess. lib. 3. tit. 19. q. 6. S. Antonim. 3. p. tit. 29. de irregularitate. cap. 4. in fine. Mayol. lib. 1. cap. 6. nu. 2. Sayr. lib. 6. Thesaur. cap. 10. nu. 45.

Quod intellige etiam de filijs presbyterorum Ecclesiae Græcae, habitis etiam in sacerdotio ex uxoribus, quas duxerant ante sacram ordinem, quia hi sunt legitimi, ut tenet S. Thom. addit. ad 3. part. quest. 53. art. 9. Sotus in 4. distinct. 38. quest. 1. art. 1. Mayol. lib. 1. cap. 4. num. 12. Si tamen habitus sint ab episcopo post consecrationem ad episcopatum, licet ex uxoribus ante sacerdotium habitis, erunt illegitimi, ut definitur in sexta Synodo Constantiopolitan. Can. 12. Vide posita in cap. Aliter, 14. dist. 31. per totum.

Aliqua tamen sunt, quæ circa beneficia filijs presbyterorum legitimis (idem etiam est de non legitimis) cauentur in Decretalibus; præsertim in cap. Ex transmissa, cap. Ad extirpandas, cap. Dilectus, de filijs presbyterorum, quæ sunt Alexandri tertij; & Innocentij tertij, edita intra annum 1160. & 1212. Nimirum paren-

tibus in Ecclesijs, quæ illorum essent, succedere non posse, nisi inter media aliqua persona, de quo ibi Doctores, Decius in cap. Inter ceteras, de prescripti: num. 6. & 7. Navarr. in cap. si quando, eodem titulo, in actuario, num. 3. & 4. Quippanadueñas ecclesiasticon. lib. 2. anum. 92. Mayol. lib. 1. cap. 6. num. 5. & alij, quos refert Sayr. de censuris, lib. 6. cap. 10. à num. 45. in quibus legitimis nihil immutatum est à Clemente VII. in Bulla sua, anno Domini 1533. 5. Junij, quæ est 46. eiusdem in ordine, & incipit. Ad Canot. num. conditorem; item nec à Concilio Tridentin. sess. 25. de reformatione, cap. 15. cum loquitur tantum de natis ex illegitimo coitu, ut videbis per Navarr. in dict. actuario, num. 3. Salzedo ad Bernard. Diaz in praxi criminali, cap. 48. num. 4. littera B. Vega 1. part. cap. 36. casu 18. vers. Loquitur. Emmanuel. Rodrig. in summa, tom. 1. cap. 29. num. 4. Garcia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 18.

6. Poterunt tamen filii legitimis, si intercedat media persona (licet beneficium de iure non possederit; sed de facto tantum, titulo colorato, & qui postea nullus declaretur) patri succedere in beneficio sive curato, sive non curato. Ita Hostiens. lib. 1. tit. de filiis presbyterorum, num. 5. §. Qui filij presbyter. Panormitan. in cap. Ad extirpandas. de filiis presbyterorum. Astens. in summa, part. 2. lib. 6. tit. 22. art. 3. quest. 4. Summa Pizanella, verbo, illegitimus, §. Quid de filiis, Mayolus lib. 1. cap. 6. nu. 11. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 15. Recurre ad cap. Presbyterorum, num. 8. hic eadem dist.

7. Quæ de filiis legitimis presbyterorum dicta sunt, ita ut ipsi patribus immediatè non succedant, extendentes ad filios clericorum in minoribus, diaconatu, & subdiaconatu, ex Mayolo lib. 1. cap. 6. num. 4. ex Bulla Clementis VII. citata ibi. Presentim sacerdotum, sequitur Sayr. lib. 6. cap. 10. num. 45. §. Duo quarto, vers. Quæ omnia hactenus. Garcia de benefic. part. 7. cap. 3. num. 4. Vnde in dimislo beneficio illius, qui duxit uxorem, & habuit filium, succedere immediatè filius patri non poterit, nec cum eo poterit ad hunc effectum episcopus dispensare, in modo nec legatus, Glossa in cap. 1. verbo, tale, de filiis presbyterorum in 6. quam sequuntur Ioann. Andri. Monach. Specul. & Dominic. & Franch. ibi, num. 7. Rebus. in praxi, tit. de dispensatione, super defectu natal. num. 32. Mandos. tit. de dispensatione ad beneficia in Ecclesia, in qua pater. Quidquid negget Gambarus de officio legati, lib. 7. rubr. 1. q. 34. anum. 1306.

8. Avis nepotes legitimi ex filiis legitimis immediatè, idest nulla intermedia persona, poterunt succedere in beneficijs, ita Glossa in cap. Apostolica, verbo, præbendas, 8. quest. 1. Archidiacon. ibi Goffredus, & Raymundus, quos refert, & sequitur Hostiens. in summa, lib. 1. tit. de filiis

presbyterorum, numet. 5. §. Qui filij presbyterorum, vers. Sed nunquid. Summa Confessorum, lib. 3. tit. 19. quest. 8. Summa Astens. part. 2. lib. 6. tit. 22. quest. 2. art. 3. Pizanella, verbo, illegitimus, §. Quid de filijs. Panormitan. in cap. Ad extirpandas, num. 8. de filijs presbyterorum. S. Antonius. 3. part. titulo 29. cap. 4. in fine. Mayolus in lib. 1. cap. 6. num. 14. Navarr. tom. 1. consilior. consil. 9. num. 10. de filijs presbyterorum, edit. ult. Sayr. lib. 6. de censur. cap. 10. num. 46.

Filijs etiam patres succedere poterunt immediatè in beneficijs, & hoc licet non sint ex legitimo matrimonio, ita Glossa in cap. Apostolica, 8. quest. 1. & post antiquos Ioann. Andr. Cardinal. Butrius in cap. Quoniam. de filiis presbyterorum. Anchiar. & Abb. in cap. Ex transmissa, eodem titulo, num. 7. Rebus. in praxi, titulo de dispensatione super defectu natal. num. 29. Bernard. Diaz in praxi criminal. cap. 48. Quintanadueñas Ecclesiasticon. lib. 2. num. 95. Emmanuel Rodriguez in summa, vmo 1. cap. 29. num. 4. Vega part. 1. summa, cap. 36. casu 18. Sayr. lib. 6. cap. 10. num. 44. & 45. in Thesauro. Iesu de iustitia, lib. 2. cap. 34. num. 91. Azor. part. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 18. Gygas de pensionibus, quest. 86. quem vide ibi contra Hostiens. cuius opinionem fallò dici posse in puncto viris sustineri, in quo etiam illam sequitur Mansios in praxi, tit. de dispensatione ad beneficia ecclesiastica, in qua pater, quos bene reiicit Garcia de benefic. p. 7. cap. 3. nu. 29.

Fratres etiam fratribus immediatè succedere nihil vetat; ita Alan. in Vincent. quos refert, & sequitur Panormitan. in cap. Ex transmissa, nu. 3. de filiis presbyterorum, & Ioann. Andr. in cap. In patris, de regul. iuris, in 6. Suppetunt huius rei exempla ad fastidium, nam sibi in Summo Pontificatu successere duo fratrum paria Paulus 1. & Stephanus 2. ad annum Domini 752. ut refert Platina in vita Pauli I. licet inter Stephanum 2. (qui quatuor dies tantum vixit) & Paulum primum mediet Stephanus tertius, qui sedidit annos quinque, dies 28. authore Bellarmine in Chronologia. Verum ita referunt præter Platina Sayr. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 44. Azor. 2. part. lib. 5. cap. 44. quest. 6. §. Ratum esse videtur. Successere sibi etiam Benedictus VIII. & Ioannes XIX. fratres ad annum 1024. ita Azor. citatus, S. Isidoro Archiepiscopo Hispalensi. Successit etiam eius frater S. Leander, & ut externa amittamus, Bracharæ Cardinali. Dominio Georgio à Costa successit eius frater etiam D. Georgeus à Costa in Primatu Hispaniarum, & iterum Georgio Archiepiscopo successit Georgius Cardinalis, qui in gratiam fratris cesserat Archiepiscopatu. Illa etiam Portucalensi urbe continuò episcopatu successere sibi Dominus Didacus à Costa, & D. Petrus à Costa eiusdem Cardinalis Georgij ex sorore nepotes; de quibus nos multa in historia nostra episcop.

episcoporum Portucalensium, part. 2. cap. 33. & 34. cum annotatione capituli; vide alios apud Sayrum citatum.

## CAP. Quia simpliciter. XIV.

## SUMMARYM.

- 1 Morum probitas, & scientia illegitimo non tollunt irregularitatem.
- 2 Clausula dispensationis Pontificie, Dūmodo paternæ incontinentiæ imitator non sit, quid operetur?
- 3 Illegitimi an recipiant characterem?

**I**N text. Vitā suam religiosam. Nota ex hoc capite, & duobus superioribus; nunquam ex merito, & virtutibus personalibus illegitimos amittere irregularitatem ex defectu natalium; habetur etiam in cap. Litteras, & colligitur ex cap. 1. de filiis presbyteror. & cap. Innotuit, de electione, sequitur Glossa in cap. De his, de accusationibus. Rationem habes apud Suar. de censur. disp. 50. sett. 3. num. 17. ubi Canones in contrarium solvit.

Solet tamen apponi in dispensationibus cum illegitimo, clausula in Bullis Pontificijs. Dūmodo paternæ incontinentiæ imitator non sit. Quam non importare conditionem, sed instructionem, ac proinde eius defectum non viiare dispensationem, sequitur Iacobus de Pateo decis. 256. num. 1. lib. 1. Felin. cap. 2. num. 1. de rescriptis, Mandos. de signat. gratia, tit. de dispensatione super defectu natal. column. 2. vers. Sed advertendum. Sanches lib. 8. de matrimonio, disp. 34. num. 27.

**In textu, ibi, In suscep.** Ergo si legitime natus fuerit; licet non habeat exercitium ordinis, recepit tamen characterem, ut ex nostro textu colligit Bernardus Diaz in practic. criminal. cap. 14. verbo, Illegitimi, num. 3. addens quod tales illegitimi ordinati non incurvant novam irregularitatem, si ante obtentam novam dispensationem celebrant; sequitur Salzed. ibidem, littera D. quam opinionem communem faciet Covar. in Clement. Si furiosus, §. 1. num. 3. de homicid. Navarr. in cap. Si quando, exceptione 11. de rescriptis.

## DISTINCTIO. LVII.

## CAP. Si quis. I.

## SUMMARYM.

- 1 Concilium Neocæsariense, quando celebratum?
- 2 Qui baptizatur in ægritudine mortali, est irregularis.
- 3 Quid si dilatio baptismi sit longa, sed baptismus susceptus ante ægritudinem.
- 4 Quid si baptismus suscipiatur ob metum.
- 5 Irregularitas hæc est ad omnes ordines.
- 6 An datis duabus conditionibus, quas textus requirit adhuc iugeat dispensatione, & à quo præstabitur?
- 7 Descendentes ex Iudeis an possint ordinari?
- 8 An ad dispensationem debeant concurrentem ambæ hæc conditiones?

## AD titulum, ibi, Concilium

**A** Neocæsariense. Vide posita ad cap. Quoniam, 7. dist. 16. num. 7. Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 19. contendit Neocæsariense Concilium coactum fuisse ad annum salutis humanae, in quo Ancyranum celebratum, id est anno 316. vel paulo post, tempore S. Sylvestri, qui rexit Ecclesiam ab anno 314. usq; ad 336. per annos 21. & menses 10. ex Bellarmi Chronologia. Quanvis Franciscus Longus in suo Breviario Chronologo, anno Domini 314. fol. 67. affirmet Neocæsariense Concilium coactum fuisse anno salutis 314. aliquo tempore post Ancyranum.

## In textu, ibi, In ægritudine.

Agunt de hac irregularitate Summa Confessorum, lib. 3. tit. 20. q. 1. & 2. S. Antonin. p. 3. tit. 26. de irregularitate, cap. 6. §. 2. Sylv. verbo, irregularitas, quest. 23. Vivald. tract. de irregularitat. num. 45. Sayr. in Thesauro, lib. 7. cap. 8. num. 30. Tolet. lib. 1. summa, cap. 70. num. ult. Henrig. lib. 1. de irregularitat. cap. 4. num. 7. ubi in Comment. littera C, plures refert, & codem lib. cap. 17. num. 4. ubi etiam Comment. littera N. Covar. de homicid. 1. p. §. 2. nn. 7. col. 2. Salzed. in practic. cap. 22. verbo, Neophili, nn. 2. Suar. de censur. disp. 42. sect. 1. nn. 5. & alii apud eosdem. Rationem huius irregularitatis tradit.

# Prima pars Decreti.

tradit *Glossa*, verbo, *Sed ex necessitate*, quam sequuntur omnes. At hæc irregularitas non est propter culpam, ut notat *Suar. d. nu. 6.* quanvis ea forte daretur, ut supponit *Henriq. citat. nu. 7.* paulò ante finem; sed propter minorem ecclesiæ satisfactionem ex tali conversione.

**3** Vnde non placet *Mayolus lib. 3. cap. 9. de irregularitate*, contendens etiam irregulararem fore eum, qui nimis differt baptismum, licet extra ægritudinem baptizetur, solum ex ipsa longa dilatione; ubi falso dicit sic teneri h̄ic à *Glossa*, & à Doctoribus, cum utrumq; alter se habeat, fundamentum eius optimè elidit *Suar. in eccl. sentiens num. 8.* collige etiam ex textu, quod licet noviter conversus factus christianus in ægritudine non possit presbyter ordinari, hoc tamen fallit ratione sanctitatis vitæ, & ad hoc dicit hunc textum singularem post Romanū. *Cassaneus in Catalogo gloria mundi, 3. p. consideratione 50.* in fine, multa ad hoc cumulat *Felin. in cap. Super his, nu. 26. ad med. de accusat. Iason. in l. Lubemus, nu. 8. C. de iudicijs, & nu. 10. & 11.*

**4** Quid si baptismus accipiatur ob metum mortis, quam aliquis minatur, nisi fias christianus? *Suarus* putat hunc sic baptizatum esse irregularē, cum *Mayol. citat. lib. 3. cap. 10.* propter identitatem rationis in eo, qui sic baptizetur, ac in eo, qui in ægritudine, cum utriusque conversio appareat potius ex necessitate, quam ex voluntate, quæ est ratio textus. Non displaceat, sed non audeo irregularitatem de novo introducere.

**5** In textu, ibi, Presbyter. Videtur textus arcerentum à presbyteratu huiusmodi sic baptizatum; maximè quia neophyti non arcentur à minoribus, ut bene probat *Tolet. lib. 1. summ. cap. 64, num. 5.* Sed puto illum simpliciter esse irregularē, cum in hoc nullam distinctionem inveniam apud Doctores.

**6** In textu, ibi, Studium, & fides. Duo requirit textus; primum, ut hic purget suspicionem per fidei, & religionis manifestationem; secundum, ut necessitas ministrorum urgeat, quæ si ambæ ponantur, tenet *Glossa* h̄ic opus non esse dispensatione. Contrarium videtur verum, ut probat *Suar. d. disput. 42. sect. 1. num. 6.* Prætabitur hæc dispensatio non à Summo Pontifice, ut vult *Mayolus citatus, cap. 8.* sed ab episcopo, ut bene ostendit *Suarus d. num. 6.* allegans *Turrecremat. Sylvest. & S. Antoninum.*

**7** In textu, ibi, Probabilis fuerit. Citat *Sanches in summa, lib. 2. cap. 28. num. 12.* ad hoc, quod descendentes ex Iudæis, vel Mauris, poterunt ad sacros ordines, & beneficia promoveri, si iudicio episcopi sint moribus, & christiana disciplina instructi, quia tales iam

veterani christiani censerī possint; & ibi certi alios, & alia.

In textu, ibi, Aut hominum 8 raritas. Colligit ex hoc textu *Turrecremata sufficere ad dispensationem episcopalem poni aliquam ex conditionibus requisitis; scilicet purgationem suspicionis, aut ratitatem ministrorum, nam utitur terminis disiunctivis, ita sentit pariter *Suar. d. num. 6.* contra *Mayolus citatum, lib. 3. cap. 8.* qui utramq; requirit. Vide *Coyar. in Clement. 1. de homicidio, cap. §. 2. num. 7. vers. Tertiid.**

## DISTINCTIO. LVIII.

### CAP. Nullus ad ecclesiasticum. I.

#### SUMMARIUM.

- 1 Regularis non potest assumi ad honores ecclesiasticos sine licentia sui prælati.
- 2 Non indiget tali licentia ad impenetranda beneficia à Summo Pontifice.
- 3 Religiosus non indiget licentia sui prælati, ut acceptet Summum Pontificatum.
- 4 Licentia generalis facta religioso à suo prælato, ut consentiat cuicunque electioni de se factæ, non valet.
- 5 Religiosus semel promotus ad beneficia sæcularia, non indiget ad novam promotionem licentia sui prælati.
- 6 Cuīus sit prælati hanc licentiam episcopo præstare.

**I**N textu, ibi, Officium. Non pertinet hibetur tantum monachis ordinari sine licentia p̄prij Abbatis, sed etiam quoslibet honores ecclesiasticos, vel sæculares acceptare, ita ut si secus faciant, ipsa electio omnino sit nulla, constat ex *cap. Si religiosus, de electione, in 6. ibi.* Et in pœnam presumptionis illius electio eadem ipso facto iuribus evanescet omnino. Ita *Franch. eodem cap. Si religiosus, in principio, ante nu. 1. notabili 1. Cardinal. in Clement. final. num. 11. q. 8. de electione.* *Emman. Rodrig. regular. tom. 1. quest. 34. art. 5.* Probat etiam *Sanch. tom. 2. Decalogi, lib. 7. cap. 29. num. 57.* ex nostro textu, ubi illum conceptus verbis refert.

Quæres

2 Quæres prīmō. Vtrum regularis indigeat licentia sui superioris ad impetranda beneficia à summo Pontifice, aut ad constituendum procuratorem, qui illud impetreret? Respondeo negativè, ita Miles in Repert. verbo, Religiosus nu. 41 Sanch. citatus num. 57.

3 Quæres secundō. Vtrum si religiosus eligitur in summum Pontificem, adhuc indigeat licentia p̄lati sui, ut Pontificatum acceptet? Respondeo negatiuè, quia electio ad summum Pontificatum est ipsius confirmatio (ut dixi in cap. in nomine Domini. t. numer. 8. dist. 23.) & sic absolvit religiosū à iugo regularis disciplinæ. Deinde quia electioni Pontificis sola hæresis opponi potest, cap. licet, de elect. ita sentiunt Cardinalis d. cap. licet, de electione num. 12 quæstione 28. & in Clement. finali quest. 2. num. 6. eodem titul. & ibi Anchār. num. 2. notabili. 2. Imol. ibi, in fine Felim. in cap. cū primo de sentent. & re iudicat Sylv. verbo, votum 3. quest. 4. Rosella votum 2. in fine, Pigrolorus addition. ad Roman. singul. 106. Barbatia de præstâria Cardinalatus question. 1. num. ult. Rosellus de potestate Imperatoris, & Papæ cap. 79. n. 54. Patian. de probat. lib. 2. cap. 34. numer. 112. Sanches proximè citatus num. 58. contra Glossam in cap. quam sit. verbo, ad ordinandum 18. quest. 2. Ioann. Andr. in cap. Ioannis, 8. de regular. Abb. in cap. fin. nu. 3. de voto, & in cap. quod Dei timorem, num. 2. de statu monach. Dominic. in cap. Si quis de alterius hac eadem distinctione 58. Franch. in cap. si religiosus, in principio ante num. 1. notabili 1. de elect. in 6. Berous in cap. Raynuntius num. 382. de testam. Bonifac. in Clement. finali, num. 30. & 31. de elect. Rochus de iure patron. verbo, honorificum quest. 4 num. 13. Lambertinus eodem tract. lib. 2. part. 1. quest. 7. art. 19. num. 22. Faber. in diff. senatus Sa. baudia tom. 1. lib. 1. tit. 3 de episcopis & clericis diffinit. 33. Bertach. in suo Repertorio, verbo, licentia in fine Villa Diego de origine, & potestate Cardinalium quest. 5. num. 33. habentur eius opera tom. 13. tract. p. 2. Rosella, verbo, monachus num. 6. Sylv. verbo, Religio 7. quest. 9. Sed postea mutavit sententiam tibi supra. Gregor. Lopez l. 22. verbo, Egleſias tit. 7. part. 1. Emmanuel Rodrigues tom. 1. regularium quæstione 34. articul. 5. Saa. verbo, Religio, numer. 63.

4 Quæres tertīd. An sufficiat licentia generalis data religioso à superiori, ut in qualibet electione de se facta consentiat? Respondeo negativè quia ita explicatum est in Clement. fin. de elect. Imò nec valebit licentia specialis, ut regularis consentiat electioni suæ, si forte fiat in tali ecclesia vacante, ita Glossa in eadem Clement. verbo, si quam, & ibi Cardinal. quæstione 10. num. 13. Imol. num. 11. Bonifac. num 26. Sed debet licentia esse ad consentiendum in tali electione de se iam facta in tali ecclesia, ita Glossa verbo, nullius in eadem Clement. & ibi Paulus, & Cardinalis quest. 11. num. 14. Imol. num. 12. Bonifac. num. 27. qui bene addit num. 28. sufficere licen-

tiam ad eam dignitatem sub conditione, si iam religiosus esset electus ad illam, sequitur Sanch. num. 61. d. cap. 29.

Quæres quartō. An religiosus semel ex legitima superioris licentia ad beneficium sacerdotale, ad quod potest, translatus, si postea ad aliud transferatur, adhuc egeat licentia superioris? Respondeo non egere, quia religiosus semel factus p̄latus, vel parochus, eximitur ab obedientia superioris regularis, & fit sui iuris, ita Imola in Clement. t. de elect. num. 41. Anchār. in cap. si religiosus, num. ult. de elect. in 6. Lappus, & Franch. ibi numer. 3. quantuſ Francus videatur dubitans loqui, nec etiam indigebit licentia Episcopi ad novam promotionem, magis quā indiget secularis aliquis clericus, ut bene notat. Sanches d. lib. 7. cap. 29. num. 64.

### In textu, ibi, Abbas loci. 5

Quærunt h̄c Doctores à q̄o superiori præstāda sit facultas regulari, ut consentiat electioni suæ Calderinus conf. 3. num. unico, de regulatis, Dominic. in cap. si religiosus in principio num. 7. de elect. in 6. & in cap. quandam, h. volentes, num. 5. Franch. ibi num. 2. notabili 4. eodem titul. Dicunt eum superiorem debere h̄ac facultatem præstare, qui professionem acceptat, sive per se immediatè, sive per aliquem inferiorē suum, ut si acceptet Provincialis, seu Generalis à Generali, vel Provinciali; præstanta erit. Melius Lappus, & Paulus in cap. si religiosus, ut eos refert Dominic. proximè citatus num. 7. Ioann. Andr. eodem cap. si religiosus nu. 2. Anchār. num. 3. in fine Franch. ibi in principio num. 1. notabili. 3. Anchār. in Clement. finali, num. 1. notabili. 2. de elect. & ibi Cardinal. quæstione 2. & 3. num. 6. & 7. Imol. quest. 2. numer. 4. Bonifac. num. 30. & 33. Qui omnes ajunt, id esse prælati conventus, ubi religiosus electus moratur, quæ textus appellat loci Abbatem. Quod etiam procedit in Mendicantibus, nec contrarium probat cap. Quorundam, de elect. ubi Cardinalis contendit hanc facultatem debere præstari à Generali. Quod intelligo nisi aliud in eorum constitutionibus, aut privilegio particulari caveatur. De quo videndus est. Frater Ioannes de Cruce de statu religioso, pro fratribus predicatoribus lib. 1. cap. 6. conclus. 5. verbo, etiam de minoribus dubitatione 7. Pro religiosis Societatis Iesu videndus erit Sanches tomo secundo. Decalogi. lib. 7. capit. 29. numer. 67.

### CAP. Si quis de alterius. II.

S Y M M A R I V M.  
Authores qui extra meminere.

## Prima pars Decreti.

528

2. Novitius potest ordinari sine licentia sui superioris, & in quo episcopo id fieri?
3. Novitius capax est beneficiorum facultarium.
4. qd Beneficia regularia an conferri possint novitio?
5. Authores agentes de dispositione Tridentini sess. 14. de reformatione cap. 10.
6. Regularis assumptus ad beneficia, quando egeat consensu Conventus.
7. Cogendus est superior iniuste negans consensum ad electionem subditi.
8. A quo superiore cogendus sit superior negans consensum?
9. Nullus religiosus est capax beneficij alterius religionis.
10. Moniales assumi possunt ab alio monasterio eiusdem ordinis ad Abbatissas.
11. An semper requiratur licentia episcopi ad egressiones monialium exceptiarum?
12. Quae pena imponatur episcopis in hoc capite?
13. Nullus cum eo communicet in sacris Canonibus; quae pena sit?
14. Religiosus potest esse prelatus in ecclesia seculari.
15. Monachus potest esse episcopus.
16. Monachus non potest esse Canonicus secularis.
17. Religiosus potest esse Vicarius Episcopis?
- I**n sextu, ibi. Meminere huius textus Angelica verbo, suspicio l. num. 6. Taberna eodem num. 7. vers. 6. cap. 5. sylv. 6. ver. 5. & verbo, irregularitas num. 9. Sotus dist. 25. questione 1. artic. 7. Vivalla, iul. de dispensatione nu. 79. Sayr. in Thesauro. lib. 4. cap. 6. num. 24. Henr. lib. 13. de excommun. & suspensione capit. 38. num. 1. & Comment. littera N. Suar. de censur. disputat. 31. sectione 5. numer. 5. in fine.

### CAP. 2. DE CLERICATU.

#### In textu, ibi, Vel ad clericatum.

Quid si promovendus ad clericatum ex alterius monasterio sit novitius, indigebit an licentia Abbatis, & conventus? Respondeo negativè ita. Sanc. tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 10. numer. 22.

+ Y X

ubi rationes optimas pro hac re adducit. At à quo episcopo ordinabitur novitius? Respondeo 1. valde probabile esse novitium nō posse ordinari ab eo episcopo ubi monasterium est, in quo ipse novitiatum exercet, nisi is coincidat vel cum episcopo originis, vel domicili, quia per ingressum in tyrociniū non censemur mutatum domicilium, ita Henr. lib. 7. de sacramento ordinis cap. 23. num. 3. & in Comment. littera G. & lib. 14. de irregularit. cap. 9. num. 2. & Comment. littera F. probat ex cap. cum nullus, de tempor. ordinand. in 6. de quo videbis posita ad titulum distinctionis 71. ubi late de hac re, farent Henr. Lappus, & Paulus, quos refert, & sequitur Franch. in cap. 2. in principio numer. 2. de sepultur. in 6. & ibi Domin. num. 4. Cardinalis in cap. de his quast. 5. de sepultur, & ibi Henr. num. 25. Petrus de Vbaldis, de canonic. episcop. cap. 9. num. 33. habetur tom. 5. tract. part. 2. Zechius de Repub. ecclesiastica tit. de regularibus cap. 3. num. 9. Surius de religione tom. 2. tractat de voto cap. 11. num. 9. ubi omnes testantur novitium per ingressum religionis non mutare domicilium, cum non habeat animum permanendi in religione, sed tantum experiendi an sibi conveniat talis religio, quem tamen animum necessarium esse ad acquirendum domicilium, probat optime Sanch. de matrimon. lib. 3. disp. 23. num. 1. & nos dicemus ad d. titulum distinctionis 71. a. num. 9. Respondeo 2. probabilius esse tale posse ordinari ab episcopo illius loci, in quo novitius exercet tyrocinnium, ita tradunt Franch. in cap. cum nullus, insine de tempor. ordinand. in 6. & ibi Anch. num. 4. Henr. in cap. de his, num. 16. de sepultur. Anton. Cucus lib. 3. instit. maior. tit. 1. na 94. idem tenent Doctores qui aiunt novitium habitatione acquirere domicilium, hi sunt Gofodus in summa tit. de sepultur. num. 7. Hostien. in cap. de his ad fin. vers. quod si quis, de sepult. ubi Ioann. Andr. & alij, quos citat, & sequitur Sanch. tom. 1. Decalogi lib. 4. cap. 39. nu. 20. Rationes optimas pro hac secunda response leges apud eundem Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 10. numer. 21. Summa est novitium ex se habere animum perseverandi in religione, ac proinde acquirere domicilium, & consequenter posse ordinari ab episcopo eius loci, in quo est in novitatu, non aliter, ac ceteri professi, qui ibi ubi in monasterio sunt domicilium censemur habere, ut optime probat Bart. in l. 1. num. 14. ss. ad municipal. Lucas de Peña in l. cives, column. 2. vers. & nota hic Platea ibi numer. 2. Cod. de incolis. lib. 10.

Vt ad ordines, ita etiam ad reliqua beneficia ecclesiastica secularia assumi poterit novitius, si aliunde non sit incapax, tenent Franch. in cap. Beneficium num. 1. ver. in eadem, & ibi Glossa verbo, possideri de regular. in 6. ubi etiam refert Paulum, & Lappum, Tiraq. de retract. Lignag. Glossa 8. b. l. pu. 37. Azor. pass. l. lib. 12. cap. 3. questione 1. Sanc.

*Sanch. tom. 2. Decalogi cap. 4. lib. 7. num. 22. Garcia de benefic. part. 7. cap. 10. num. 6. Contrarium sustinent, sed minus bene Glossa in d. cap. beneficium, verbo, conferendum & ibi Lappus, Anch. & Dominic. Angel. verbo, novitius num. 23. & ibi. Tabiena quæst. ult. Cucus lib. 3. instit. maior. titul. I. numer. 95. Tapis in Autb. ingressi, verbo, sua cap. 2. num. 11. iuncto num. 13. in solutione ad quintum. Zechius de Republica ecclesiastica tit. de regularibus cap. 3. num. 10. Lancelot. instit. iuris Canonici lib. I. tit. de regularibus §. & si contigerit, verbo, conferendum Rationes pro vera solutione afferunt Sanch. & Gracia citati.*

*4 Dux seculatia, quia beneficia regularia conferri non possunt novitio, sed debent conferri expressè professis, cap. cum nullus, de elect. in 6. Clem. I. de supplenda neglig. prælat. & Clement. I. §. sane 2. de statu monach. Paul. Lappus, Dominic. num. 6. vers. in eadem Glossa, ibi verbo, nullus, Franch. num. 1. circa finem in cap. beneficium, de regularibus in 6. Garcia de benefic. part. 7. cap. 15. num. 4. Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 7. cap. 4. num. 24. ubi bene advertit, hoc procedere de iure antiquo, nam de moderno Concilij Trident. sess. 14. de reformat. cap. 20. ibi Regularia beneficia, &c. Expressè deciditur dari posse beneficium regulare sacerdotali, dum modo professionem faciat, quæ quidem fiet habito integro novitiatus anno, alias esset nulla, ut eleganter concludit Garcia citatus a part. 7. cap. 10. numer. 15. Contra Gonçales de mensibus, & altern. Glossa 8. num. 87.*

*5 De hac dispositione Concilij Trident. præter citatos Garciam Goncales, & Sanch. videndi sunt Rebūf. respōs. 113. & de nominat. quæstione 15. Selva de benefic. part. 3. quæst. 11. nu. 13. Navarr. conf. 9. de præbendis Flaminius de resignatione lib. 4. quæst. 5. num. 12. Emmanuel Rodrig. regul. tomo 1. quæstione 34. art. 3. Zerola in praxi Episcopali part. 2. verbo, beneficia, num. 5. Azor. part. 2. lib. 6. cap. 4. quæstione 23. Aloysius Riccius in Collect. decisio. part. 4. collect. an. 763.*

*6 In textu, ibi, Sine licentia Abbatis, & monachorum. Notat Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 7. cap. 27. num. 66. Tunc solum indigere regularem assumptum ad beneficium ecclesiasticum sacerdotiale, præter licentiam Abbatis, licentia etiam conventus, quando beneficiū, ad Abbatem cum conventu pertinet, assertque pro se Rosellam, verbo, Monachus n. 4. Sylvest. verbo, Religio 7. q. 3. additq; Sanches ultra licentia Abbatis, requiri etiam licentiam episcopi, quando beneficium pertinet ad episcopum, si ab alio, quam ab ipso episcopo, regularis assumatur, ita Cucus lib. 3. instit. maior. titul. I. nu. 154. Sylvest. & Rosela proximè citati. Emmanuel Rodr. regul. tom. 3. quæst. 53. art. 2. Lessius lib. 2. de iust. quæst. 41. dub. 12. num. 98.*

*Quid si Abbas, & superior cum iuste eligatur regularis, consentire nolit ex iniuita causa in eius electionem? Respondeo, cogendū esse à superiore suo, ut consentiat, argumento textus in cap. nullus, de iure patronat, ita Glossa in cap. quam sit, verbo, ad ordinandum 18. quæst. 2. Innocent. in cap. post translationem num. 2. de renuntiacione, & ibi Host. num. 4. & in cap. quod Dei timorem, num. 8. de statu monach. & ibi. Ioann. Andr. num. 14. Abb. num. 12. Henrīq. num. 5. in fine Anch. in cap. Si religiosus, num. 4 de elect. in 6. Dominic. ibi numer. 9. Gambara de authoritate legati à latere lib. 8. cap. ult. nu. 23. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 19. num. 13. Roch. eodem tract. verbo, honorificum quæst. 4. num. 13. Rosella in summa, verbo Monachus num. 6. Sylvest. verbo, Religio 7. quæstione 9. Gregor. Lopez l. 25. verbo, Iglesias tit. 7. part. 1. Anton. Cucus lib. 13. institut. maior. tit. I. num. 154. Emmanuel. Rodrig. regular. tom. 1. quæstione 34. art. 5. Lessius lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 1. num. 97. Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 68. ubi contraria optimè elidit.*

*At quis erit iste superior, qui renuentē electioni subditi sui, consentire coget? Respōdeo id pertinere in primis ad prælatum ipsius superioris, qui nō vult consensum præstat, siue ille Provincialis sit, sive Generalis, qui quidem Provincialis, aut Generalis, si inferior nolit, poterit eam licentiam concedere, cum ad eos devolvatur, etiam in extra iudicibus, per textum in cap. Quamquam, de electione in 6. & cap. Romana, de supplenda negligentia prælatorum, eodem lib. sic tenent I mol. quem ibi refert Dominic. num. 8. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 19. num. 13. Roch. eodem tract. verbo, honorificum quæst. 4. num. 13. Sanch. d. tom. 2. lib. 7. cap. 29. nu. 69. Contra Glossam in cap. Si religiosus in principio, verbo, obtenta in fine de elect. in 6. ex cap. nullus, de iure patronat. qui non loquitur de nostro casu, sed de eo, quādo episcopus denegat iuste licentiam offerendi decimas, in quo ait consilendum esse sumimum Pontificem, ut illum cogat, quod valde diversum est.*

*Solet hīc etiam disputare nonnulli Doctores. Vtrum saltem ex licentia sui prælati possit episcopus assumere religiosum, vel religiosam ad superiorem, vel Abbatissam alterius monasterij diversi ordinis? Respondent communiter nullum religiosum esse capacem beneficij regularis dignitatis, alterius religionis, cap. cum singula, de præbendis in 6. Aded ut acceptans fiat per illum textum ineligibilis, & inhabilis, ut ei alias conferatur, docet Rebūf. in praxi benefic. tit. de dispensatione cum regularibus num. 2. & duplice sequenti Navarr. Comment. 4. de regul. num. 23. Emmanuel Rodrig. regul. tom. 1. quæstione 34. art. 8. Gonçales de mensibus, & alternat. Glossa 8. numer. 96. usque ad 100. Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 7. cap. 29. num. 29.*

An Epis-

**10.** An Episcopus possit transferre ab uno monasterio ad aliud euidem habitus, & instituti moniales sibi subditas, ut ibi exerceant officium Abbatissæ; magistæ novitarum, &c. & hæc sit iusta egrediendi à monasterio causa, quia consulatur summus Pontifex? Affirmat Glossa cap. periculoso, verbo, perpetua de statu regulari. in 6. & ibi la. Ann. Audi. numer. 5. vers. Glossa non credo. Franch. ibi infine. Dominic. 11. Sylvest. verbo, Religio 7. quest. 16. dicto 2. Navarr. lib. 3. consil. in prima edit. tit. de regularibus cons. 48. num. 3. & in secunda editione tit. de statu monach. cons. 5. num. 3. & Comment. 4. num. 48. notabili 4. de regularibus, Collector privilegiorum mendicant. verbo, clausura monialium casu. 3. Guierr. question. Canon. lib. 1. cap. 14. num. 10. & 11. Llamas in methodo curationis in appendice in fine posita ad §. 10. Emmam. Rodrig. regular. tom. 1. questione 49. art. 5. corol. 1. Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 6. t. 15. num. 45. frater Ioannes de Cruce de statu relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4. §. secunda causa legitima. Habetur clare in Trident. sess. 25. de reform. c. 7. ibi Quod si his qualitatibus non reperiatur in eod. monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi possit, &c. Quare minus bene Azor. part. 1. lib. 13. cap. 8. questione 1. & Zerola in praxi Episcopali secund. editione, verbo moniales ad 16. que situm, dub. 8. id negant, quavis Zerola addat part. 2. verbo, moniales, dub. 8. ita decidisse sacram Cardinalium congregacionem, quod de episcopo, id de ceteris superioribus regularibus affirmit frater Ioannes de Cruce de statu relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4. §. secunda causa.

**11.** An vero in hoc, & similibus casibus egredionis monialium exemptarum à iurisdictione episcopi, requiratur praeter licentiam prælati religionis; licentia etiam episcopi? Respondent 1. Graff. 1. part. decif. lib. 4. cap. 23. numer. 6. Navarr. in lib. 3. consil. in editione prima tit. de regularibus cons. 48. num. 6. & in secunda editione titul. de statu monach. cons. 5. num. 6. Llamas in Methodo curationis in appendice, quæ in fine collocat §. 5. non requiri in monasterijs regularibus subiectis? Respondent 2. Confectius de privilegijs ordinum mendicant. tit. 20. cap. 4. Capuccinus in annotationibus ad compendium privilegiorum mendicant. verbo Claustra monialium in fine, requiri licentiam episcopi in tribus casibus egredionis, numeratis à Pio V. in suo motu proprio, qui incipit, Decore, & honestate, edito anno 1569. Kalendis Februarij, cù id expresse ibi statuatur. Respondet 3. Navarr. mutans sententiam, Comment. 4. num. 60. vers. tercia questione de regular. Azor. part. 1. lib. 13. cap. 8. quest. 1. vers. Item querebatur, Zerola in praxi episcopali part. 2. verbo, moniales dub. 8. Sanches 2. tom. Decalogi lib. 6. cap. 15. num. 28. frater Ioannes de cruce de statu relig. lib. 1. cap. 5. dub. 3. semper requiri hanc facultatem episcopi unà cum facultate superioris regularis, quia id expresse præcipit Pius quintus, de cuius motu, nec Navarr. nec

Graff. responsione prima meminerunt, licet minimerit Llamas, & tenuerit, non requiri etiam post eum licentiam episcopi, sed sufficere superioris regularis, iuxta dispositionem Trident. sess. 25. cap. 2. iuxta quam allegandus erat motus Pij, sed non bene. Addunt tamen Emmam. Rodr; frater Ioannes de Cruce, Sanch. locis proximè citatis, & Llamas citatus §. 9. motum Pij quinti per non usum non obligare in Hispania, ubi solum regulares superiores sine episcopo concedunt egrediendi facultatem monialibus sibi subiectis, de quo valde dubito.

**In textu, ibi, Suæ tantummodo plebis communione.** Dubium est, an hec pœna excommunicatio sit, an suspensio? Suarius de censur. disp. 31. sect. 5. num. 5. in fine putat esse excommunicationem, sed talēm, quæ iam non sit in usu. Hēriq. lib. 13. de excommunicatione & suspensione cap. 38 num. 1. & in Comment. littera K. aut sibi videri hanc pœnam pertinere ad quandā suspensionem, ita etiam Sayrus in Thesaur. lib. 4. cap. 6. num. 24. Vivaldus tit. de suspensione titul. 79. Dixi nonnulla de simili pœna in cap. placuit, numer. 5. dist. 18. ibi me vide.

Sæpè etiam invenies in sacris Canonibus hæc pœnam. Nullus cum eo communices. De qua in cap. Episcopi 11. q. 3. consulendi circa cafunct Panormitan. in cap. si diligenti num. 34. de foro competente Dec. in cap. 1. de iudicijs lect. 2. numer. 24. Vgolin. de censur. ecclesiastic. tab. 2. cap. 28. num. 3. Sayrus lib. 1. Thesaur. cap. 11. num. 14. Suar. de censur. disp. 18. sect. 4. à num. 6. & vide eundem disp. 24. sect. 1. num. 5.

**In Glossa verbo, Maiorem.** Colligit Glossa ex hoc textu monachum posse esse prælatum in ecclesia seculari, de quo dixi in cap. Priscis. n. 1. distinctione 55. ubi hanc Glossam retuli.

**In Glossa, eadem.** Tenet non esse dubium monachum ad episcopatum assumi posse, probat ex cap. statutum 18. questione 1. Glossam sequitur. Abb. in cap. Quod Dei timorem, de statu monach. Selva de benefic. 3. part. quest. 70. Covar. in cap. 2. de fastamentis, non longe à principio, Corrasius de benefic. 3. part. cap. 5. num. 14. Gregor. Lopez l. 13. titul. 5. part. 5. Garcia de benefic. part. 7. cap. 10. num. 30. Gonçal. de mensibus, & alternat. Glossa 7. num. 48. ubi pro ea adducit cap. quorsundam 24. cap. si religiosus 27. cap. nullus religiosus, 28. de electione in 6. & Clement. 1. de elect. Vtrum vero teneatur ad fœendum habitum religionis suæ, & an incurrit excommunicatione cap. 2. ne clerici, vel monachi in 6. docet optimie Sanch. cum multis tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 6. num. 22. & 23. an teneatur habere sociū sui ordinis? Dixi in cap. Priscis. num. 15. dist. 55.

In Glossa

## 16 In Glossa eodē verbo, Maiorē.

Querit. Vtrum regularis possit esse canonicus in ecclesia sacerdotali, & inclinat in partem affirmativam; probatque ex cap. quorundam dist. 74. ubi id supponitur, nec reprehēditur; probare etiam posset ex cap. Dens qui, de vita, & honestate clericorum, sequitur *Glossa in eodem cap.* Deus quis, in fine. & Hugo quē ibi refert Matth. relatus à Cardinali in Clement. I. num. 24. quest. 27. de electione. Bertachin. tract. de episcopo lib. 2. in initio questione 36. num. 67. in fine. Verius est nec canonicatus, nec aliquius beneficij simplicis sacerdotalis esse capacem religiosum, ut probavi in cap. Priscis, num. 3. dist. 55. ibi invenies.

## 17 In Glossa eodē verbo, Maiorē.

Querit, an regularis possit esse vicarius episcopi, & admittit partem affirmativam tam hīc, quam in cap. in nova, 16. q. 7. cum Glossa abeunt Abb. in cap. fin. de clero agrot. Cardinal in Clement. 2. num. 17. quest. 16. de rescrip & ibi Tomol. nn. 25. Artibid. num. 9. Rebus in praxi benefic. tit. de vicariis episcoporum num. 30 Nayar. Cōment. 2. de regularibus in fin. vers. addo is, & Cōment. 4. num. 15. vers. 9. & lib. 3. consil. titul. de regul. in prima edit. cons 65. num. 3. & in secunda edit. cons 74. num. 3. Mandos. de signat. gratia, verbo, licentia, vers. Monachi licentia. Anton. Cucus lib. 2. Inst. maior. fin. 8. 1. num. 58. Emman. Rodrig. regular. tom. 3. quest. 76. art. ult. Sbrozini cū multis, de vicario episcopi lib. 1. quest. 38. num. 4. Saa, Verbo, Religio, num. 60. Azor. 2. part. lib. 3. cap. 43. quest. 10. Sanches tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 13. num. 88. quod extendit ad vicarium capituli sede vacante. Includuntur etiam in hac opinione Glossæ mendicantes, quia illis hoc non vetat. Clementina in plerisq; de elect. nec Clem. I. §. ad prioratum, quia h̄e solū hoc interdicūt mēdicātibus qui ad nō mēdicantes transferunt, unde potius supponunt alios posse vicarios esse episcopi, quare male Cardinalis Alexand. in presenti ad finem Robuf. citatus num. 32. Azor. quest. 10. Dum mēdicantes excipiunt. Fiet tamen hoc de licentia sui p̄lati, ut videbis apud Sanches citatum num. 89.

## DISTINCTIO. LIX.

## CAP. Qui ecclesiastici. I.

## SUMMARY.

*Salzedo nostri textus meminit, & eius materiam prosequitur.*

**I**N textu. Collige ex illo non posse sacerdotem esse, qui ecclesiastici disciplinis non est imbutus. Tum quia is alios edocere non potest, quæ nunquam ipse didicit; tam etiam quia alij se conformare nequit, cum nunquam ipse statum ecclesiæ regendo expertus sit. Multa adducit Salzedo in pract. cap. 22. verbo, Neophiti num. 2. ubi ad medium nostri textus meminit. Alia notabilia non colligo, nec aliter prosequor, quia idem cap. de verbo ad verbum est positum supra in cap. 2. dist. 36. ubi vide.

## CAP. Si officia. II.

## SUMMARY.

- 1 Episcopus non debet pompam querere.
- 2 Dicitio hinc quid significet?
- 3 Raritas, res commendat.
- 4 Legitimatio. Principis prodest ad spiritualia?

## IN textu, ibi, Qui pompam.

Reprehēdit Pontifex episcopos, qui querentes pompam in multitudine presbyterorum, ordinant eos in locis solitarijs, ut eis ordines conferant, quibus aliud conferre non possunt, transcripsit Rex Alphonsus partita I. titul. 22. l. 16. ubi *Glossa I. nostri textus meminit.*

## IBI, HINC. Quæ dictio denotat tempus currere de momento ad momentum, quia inclusivè ponitur; Barib. num. I.

Roman. num. 10. & Iason. in l. 1. ff. si quis caut. Bald. in l. eos §. si autem, col. 2. vers. Quero autem an dies Cade appellationibus Angel. cons. 404, col. 2. vers. & hoc importat, Alex. cons. 75. num. 5. vers. Quotimo, vel. 2. laté Dominicus in cap. I. col. 4. vers. Nota ex ista *Glossa de vestitur. spoliat. lib. 6.* & ibi *Francus num. 5. Guido Pap. decisi. 270.* ubi tamen dicit aliter servari, de quo est textus in l. placet iuncta *Glossa verbo, abbine C. de facio sanctis ecclesijs,* quam ad hoc dicit singularem. Roman. dictio num. 10. plures sequitur Tiraquel de retractu lignag. §. II. *Glossa 11. num. 23.* alios refert *Cenedo singularis 59. numer. I.* bimilius ovon ab 38. ministrabat.

**In fine textus, ibi, Rarum est quod magnum est.** Igitur raritas omnes res commendat, frequētia, & numerus eas viles facit, ut ex pluribus probat Tiraquel de nobilitate cap. 37. num. 22. Gregor. Lopez part. 2. iiiiul. 13. l. 18. *Glossa 4.* qui uterque

uterque nostri textus meminere. Adde Francisc.  
de Mendoça, tom. 2. Reg. cap. 3. num. 1. ibi, & sermo  
Domini erat pretiosus in diebus illis.

- 4 In Glossa verbo, Quis.** Docet Glossa quod legitimatio Principis nihil commodat quo ad spiritualia sequitur Perez lib. 5. ordinamenii tit. 2. l. 1. pag. 94. vers. Regula tertia, de quo late Covar. de sponsalibus 2. part. cap. 8. §. Octavo, ubi plura vindenda sunt. Doctores in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi.

### CAP. Hoc ad nos. III.

#### S U M M A R I V M.

- 1 Licet clericis servire ecclesiae propter dignitates consequendas.**
- 2 Dicitio Hoc quid significet?**

**I**N textu. Ponderat Navarr. in cap. inter verba, Cenolat. 2. num. 23. conclusione 5. & ex illo deducit, licere clericis servire in ecclesia Dei, cum spe ascendendi ad dignitates, & honores, Glossa 1. in praesenti Glossa in cap. consuluit, de usuris, verbo, sperantes cap. quid proderit. 61. dist. ubi vide posita, ad c. consuluit, 74. dist. multa ex autoribus sacris, & pafanis tradit idem Navarr. d. n. 23. & sequentibus, de quo etiam late hic disputat Turrecrem. num. 1. **3 Propositus**, num. 2. faciunt que tradit Covar. lib. 1. variat. cap. 20. num. 4.

- 2 In Principio textus, ibi, Hoc.** Quæ dictio est demonstrativa t. hoc articulo, & ibi Bart. ff. de heredibus instituendis idem Bart. in l. 1. in principio num. 2. ff. novi operis nuntiatione. Paris. cons. 20. num. 48. vol. 2. & cons. 19. num. 7. & cons. 35. numer. 20. Osasenus decis. 52. numer. 12. & decis. 112. num. 4. Rebus. in l. unica, not. abili 4. num. 20. Cod. de sentent. Aliquando ista dictio est relativa, & refertur ad proximiora, Rebus. ubi proxime Glossa 1. num. 173. Paris. cons. 20. numer. 49. & ton. 35. num. 20. vol. 2. Tandem est repetitiva præcedentium, & de novo aliquid inducit, Paris. cons. 95. numer. 19. vol. 2. Benedictus in cap. Raynumius, verbo, Alteroche numer. 4. de testamentis. Jason. in littera, in principio numer. 23. ff. de legatis 3. plures, & plura refert Cened. singular, 59. num. 4. & sequentibus.

### CAP. Ordinatos. IV.

#### S U M M A R I V M.

- 1 Cælestinus Pontifex quis fuit?**
- 2 Appellatione dignitatis, an comprehendatur episcopatus?**
- 3 Gregorius Lopez nostri textus meminit.**
- 4 Testis declarans dictum suum non tenetur iterum iurare.**

**5 Tiraquelus nostram Glossam meminit.**

**I**N superscriptione, ibi, Cælestinus. Qui fuit patria Romanus, ex parte Prisco: creatus Pontifex anno Domini 423. tempore Theodosij junioris, misit sanctum Germanum in Britanniam, & eam ab heresi Pelagiana liberavit. Anno 432, octavo Idus Aprilis ex hac vita migravit in cœlum, cum sedisset annos octo, menses quinque, & dies tres. Recensetur à Gennadio ap. 54. inter scriptores ecclesiasticos, vide latissime Baron. tom. 5. anno Christi 424. & sequentibus. Ferunt hoc tempore Diabolum persona Moyensis induitum, multos Iudeos decepisse dum eos, ex Creta in terram promissionis ad similitudinem historiz veteris sicco pede per mare deducere pollicetur, multi enim ex his falsum Moysen secuti, in vndis peridere, solosq; illos evasisse, qui tunc Christum verum esse Deum credidere, ut tradit Platina in eodem Cælestino ad finem.

**In principio textus, ibi, Dignitatis fastigium.** Igitur appellatione dignitatis, comprehenditur episcopalis dignitas, ut notavit Propositus in praesenti, de quo dubitat Glossa, verbo, dignitatum in cap. 2. de præbend. lib. 6. faciunt que tradit Spinus in speculo testamentorum Glossa 4. principali, num. 44. Casador. decis. 4. de iure patronat. & decis. 3. ut litpendente, & decis. 1. de dilationibus. Covar. prædictus, cap. 36. num. 2. vers. hic accedit, & in numero 4. & in num. 7.

**Ad medium textus, ibi, Quisquis Doctor.** Quæ verba translatis Rex Alphonsus partita 2. titul. 31. l. 9. ubi Glossa 1. nostrum textum citat. Adde cap. cum in magistrum 49. de elect. & ibi Glossa 1. nostri textus meminit.

**In Glossa**

**4 In Glossa verbo, Ordinatos, ibi, Propter connexionem.** Sic in simili licet testes debeant iurare, alias dictum eorum non valet, I. iuris iurandi. Cod. de testibus, cap. tuis questionibus, & cap. nuper edentis. Tamen si testes velint declarare dictum suum obscurum, non tenentur iterum iurare, quia talis declaratio non dicitur nova testimonio, propter causam connexionem, ita Bart. in l. heredes palam. §. Si quod post um. 7. ff. de testament. Alexand. in l. qui bona, §. Si quis stipulatus in fine, ff. de dāno infect. Salices. in l. final. C. de testibus, post alios Hypsist. in l. I. §. Si quis ultro, nuns. 70. ff. de questionibus.

**5 In eadem Glossa, ibi. Quoad presumptionem.** Licet enim non actuū est, alijs non vocatis, quoad plenū præjudicium, nocet tamen quoad aliquam presumptionem, sive facit qualecumque præiudicium, unde ius illorum vacillat. *Glossa in l. I. verbo, præiudicium, ff. de exceptionibus rei iudic.* *Glossa per textum ibi, in l. à sententia, in principio, ff. de appellat. Glossa in cap. cum super, verbo, interpositis de reiudicata, post alios Tiraquel. res inter alios acta, limitatione 19. nu. 55. qui nostræ Glossæ meminit. *Suidus de alimentis tit. I. q. 126. u. 12. Alexand. Trentating. Variar. resolut. lib. 2. tit. de iudiciis, resol. 17. num. 49.**

## DISTINCTIO. LX.

## CAP. Nullus Episcopus. I.

## S V M M A R I V M.

- 1 **Episcopus olim conferebat archidiaconatum, & beneficia quocumq; tempore vacantia, quod hodie limita.**
- 2 **Episcopus acceptas alternativam, si resideat, confert beneficia vacantia in mense Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, Decembris: & quando incipiat gaudere alternativa?**
- 3 **Episcopus, accepta alternativa, si absit in principio mensis Aprilis, & postea revertatur die 10. & die 15. vacet beneficium, Papa reservatur.**

**4 Episcopus, accepta alternativa, si non resideat, ad summum conferit beneficia vacantia in duobus mensibus.**

**5 Beneficiatus debet esse in tali etate, ut possit promoveri ad ordinem, quem beneficium, aut dignitas requirit, & qua etas sufficiat in Cathedrali.**

**6 Canonicatus in Collegiata debet esse in etate 14. annorum, & an existens in etate 7. annorum, possit pensionem obtinere?**

**7 Episcopus debet esse 30. annorum.**

**8 Papa solus dispensat in defectibus etatis.**

**9 Rebuffus nostram Glossam sequitur.**

**I N textu, ibi, Episcopus.** Licet regulariter textus probet secundū Glossam 2. hic, quod collatio archidiaconatus spectet ad Episcopum, per textum in cap. Episcoporum 74. dist. & cap. 1. 25. dist. Ex eo quod habeat intentionem fundatam, ut ad eum spectet collatio, & institutio omnium beneficiorum suæ civitatis, & diœcesis cap. nullus omnino 16. quæstio. ne 7. & Abb. in cons. 106. num. 3 lib. 1. Antonius de Prebis de iurisdictione Episcopi cap. 1. num. 2. in 2. vol. tract. quocumque tempore vacarent, Glossa in cap. quam in verbo, devoluntur, vers. ut igitur, & verbo secus de electione in 6. & Staphileus de grat. exspect. §. 1. & num. 28. Hodie vero post exitavagantes, ad regimen, & exercitabilis de præbend. & regulam Cancellaria 8. reservatoriam, ad episcopum solum pertinet collatio beneficiorum vacantium per quatuor menses singulis annis, nempe Martiū, Iunium, Septembrem, & Decembrem, si vacatura in illis cōtigerit, Staphileus de litteris Gratia expectant. numer. 6. Ioann. Franciscus Leo in suo Thesauro fori ecclesiastici, 2. part. cap. 3. num. 2.

Nisi vigore alternativæ, quæ ei conceditur quandiu apud ecclesiam, aut diœcensem suam verè, ac personaliter resideat dumtaxat, in sex mensibus, videlicet Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris beneficia vacantia conferre possit, postquam per patentes litteras manu propria subsignatas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque civitate, & diœcessi datas declaraverit alternativam prædictam acceptare, & litteras ipsas ad Datariū Papæ transmiserit, quibus ab eo receptis, & in Dataria recognitis, tunc demum, & non ante a incipit eadem gratia alternativæ gaudere, ut in eadem regula 8. §. Insuper. Cuius duplex forma videnda est apud Gonçal. ad dictam regul. Glossa 62. in fine.

## Prima pars Decreti.

534

**3** Sed quid si episcopus, acceptata alternativa, sit absens in principio mensis Aprilis, & postea revertatur die decima, & die 15. eiusdem vacet beneficium, an Episcopus illud possit conferre vigore alternativae? Dic quod non, sed Papæ reservatur; quia licet beneficium vacaverit in mense Aprilis, episcopo tunc residente, qui mensis vigore alternativæ spectat ad ordinarium, attamen cum episcopus in principio mensis fuerit absens, cessavit commodum alternativæ ad eius favorem, & fuit acquisitum ius Papæ, ita ut totus mensis fuerit ei reservatus, ut sèpius resolvit Rota Romana, & signanter in una Papiens, beneficij coram Martino Andrea Ianæ. 10. Aprilis 1627. & in alia Faventia Canoniciatus, 16. Decembris 1585. coram Blanchetto, & in alia Segobien. beneficij 26. Mij. 1604. coram Lullo, & in alia Elvens. beneficij, 22. Maij. 1599. coram. Milino, & in eadem coram Ludo visio postea Gregorio Papa 15. die 30. Octobris 1620.

**4** Episcopus enim post acceptationem alternativæ, si non resideat, habet duos menses fixos ad conferendum, videlicet. Iunium, & Decembrem duntaxat, qui nunquam fuerunt reservati, nec ex regula de 8. nec ex vi alternativæ, ut tenuit Rota in una Sulmonensi. alternativæ 14. Maij. 1610. corum Lancellotto, & in dicta Papiens, beneficij coram Martino Andreæ, & Garcia de beneficijs, 5. part. cap. 1. num. 506. in fine. licet quod nec in his duobus mensibus posse conferre, teneat Gonçal in regula 8. Cancellaria, Glossa 43. num. 121. vers. Ex adverso usque ad num. 132. Atque ita si Archidiaconatus vacaverit in mense Episcopi, ipse solus confert, si vero in mense Apostolico, summus Pontifex providet iuxta supra dicta.

**5** In Glossa 1. ibi, Si talis sit. Ergo sufficit quod beneficiatus sit in tali etate, ut possit promoveri ad ordinem, quem beneficium, vel dignitas requirunt, licet sit tantum prima tonsura insignitus, cap. cum in cunctis de elect. cap. 2. de constitution. lib. 6. Concil. Trid. sess. 22. de reformatione cap. 12. ubi Congregatio declaravit, quod in omnibus cathedralibus canoniciatus omnes habent annexum ordinem sacrum, ita ut etas legitima ad obtinendum canonicatum in cathedrali sit expletio vigesimi secundi anni, ut refert Garcia de benef. 7. p. c. 4. n. 70. Molina de iustitia tract. 2. disput. 573. ad principium, Vega in summa 1. part. cap. 96. licet sufficere attingentiam vigesimi secundi anni teneant 344, verbo, beneficium num. 31. Zerola in practica Episcopali, 1. part. verbo, beneficia, §. primo vers. ad dignitates. Azor. 2. part. Institut. moral. lib. 6. cap. 5. questione 3. Lessius lib. 2. capit. 34. dub. 20. numer. 109. §. Adverte tamen. & dicta etas sufficit, etiamsi pa-

rochialis ecclesia sit unita canoniciatu, ut tradid Hieronymus Gonçal ad regul. 8. Cancellaria Glossa 9. num. 4.

In ecclesia vero collegiata sufficit etas quadraginta decim annorum ad obtainendum canoniciatum, & dimidiam portionem in cathedra 11, imo iure antiquiori sufficiebat etas septem annorum, ut est texius in cap. ex eo ibi. In pupillari etate existens, de electione in 6. & alijs citati per Gonçal ubi supra Glossa 5. num. 94. Quod Concilium Tridentinum postea correxit, disponens quod nullus ante attingentiam quatuordecim annorum, possit beneficium obtainere, idem refert Aloysius Riccius collect. 860. & 1271. in fine licet ad pensionem obtainendam sufficiat etas septem annorum. Gratian. disceptat. forens. capit. 397. 4. numer. 17. & sequentibus.

Episcopus autem debet trigesimum annum etatis expletum habere, ut tradunt Azor. Institut. moral. 2. part. lib. 6. cap. 5. Reginald. in practica part. lib. 50. tract. 3. num. 162. Bertachini. in tract. de Episcopo lib. 2. numer. 54. & Ioann. Franciscus. Leo in suo Thesauro fori ecclesiast. 1. part. capit. 3. num. 7. in sextum in cap. cum in cunctis de electione. Lessius supra numer. 107. licet Iustinianus in novellis etatem 35. annorum in episcopo requirat, sed servatur quod est de iure Canonicō statutum. Multa tradit Petrus Gregor. syntagm. iuris part. 2. lib. 15. cap. 12. p. 1. in quibus in ultima sententia.

Solus Papa in huiusmodi defectibus etatis dispensat, secundum Glossam in cap. dum dilectus de electione, & l. i. & 2. Cod. de ijs, qui veniam etatu, & tradit Ioann. Franc. Leo in suo Thesauro fori ecclesiast. 2. part. cap. 3. num. 15.

**In Glossa verbo, Episcopus ad fin.** Docet Glossa quod licet electio pertineat ad Capitulum, confirmatio vero ad episcopum, cap. cum ecclesia de electione, valet tamen consuetudo in contrarium, sequitur Rebus. ad leges Gallia. 3. tomo in prefatione titul. de consuetudine num. 92.

### CAP. Nullus in præposituram

II.

S V M M A R I V M.

1. Calixtus Pontifex quis fuit?
2. Præpositura an sit dignitas?
3. Decius nostrus textus meminit.

In super-

**I**N superscriptione, ibi, Calixtus  
De quo vide posita ad cap. 1. distinctione 12.  
& ad cap. presbyteris supra dist. 27.

**2 In textu, ibi, In præpositum.**  
Præpositura dignitas est per se, quanvis sit nomen generale ad omnes, qui habent prælationem *Glossa*, verbo *præpositi* in cap. 1. de *atate*, & qualitate *Glossa*, verbo, *præposituras* in cap. 1. de *con-suetudine* lib. 6. & an hoc sit de iure, vide *Rota* tamē *decisione* 17. de *concessione* *prabenda*, & *decisiōne* 4. de *electione* in *novis*, & ibi *Additio littera A.*

**3 In textu, ibi, Nisi diaconus.**  
Igitur textus requirit, quod à principio sit diaconus ille, qui debet in archidiaconum ordinari, sed *Decius* in cap. cum in cunctis, §. *Inferiora de electione* n. 3. ait, sufficere si postea faciat se promoveri in diaconum, sicut decanum præpositum, & similes, sufficit postea promoveri in sacerdotes, licet à principio sacerdotes non existant, & ibi nostri textus meminit.

### C A P. Innovamus. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Senex in beneficijs debet iuniori præferri.*
- 2 *Ordinatus invitatus non tenetur contine-re.*
- 3 *Ordinari potest laicus invitatus, quando desunt clerici.*

**I**N textu, ibi, *Adolescētibus*. Notat *Tiraq.*  
*de iure primogen.* in *præfatione* num. 132. & per illum docet, quod seniores in beneficijs, debet junioribus præferri, iuvat *textus* in cap. cum in cunctis ibi, *Etate* *maturitas*, *de electione*, & in cap. *Ecclesia vestra* in secundo ibi, *In atate* *pati defectum*, & ibi. *Etatis matura*, eodem titul. *Rochus de iure* *patronatus*, verbo, *honorificum* *quæstione* 15. col. 2. vers. *comprobo* etiam. Adde posita ad cap. quando 5. num. 8. supra dist. 24.

**2 In Glossa verbo, Ordinari.**  
Constituit *Glossa*, conclusionem quod quis nō debeat invitatus ordinari, & amplietur, ut sic coacte ordinatus non teneatur continere, ut per *Aloys. Ricciūm collect.* 1579. Imo possit ma-

trimonium contrahere *Rota* 1. part. divers. decis. 560. & 591. etiam si credens ordinem esse va-lidum per novem annos illum exercebat. *Na-vart. conf. 4. num. 9. & 10.* & per totum de ijs, qua vi, & *Gonçal ad regul. 8. cancellar. Glossa* 31. num. 38. & 39. Adde posita ad cap. *gesta* num. 2. distinct. 74. Hoc tamē līmito cum textu, & *Glossa* hīc non procedere, quando beneficium habet or-dinem sacram annexum, quia tunc non præcisè cogitur ordines suscipere, sed datur ei op-tio, ut dimittat beneficium si recusat ordines accipere, & debet præcedere suspensiō ab offi-cio, quasi quedam excōmunicatio, quā si cōtemnit, sequitur beneficij subtractio ut hīc, & in cap. forte 23. quæstione 4. & *Glossa*, verbo qua-riur. 74. dist.

Līmito secundo, quando deficiunt clerci in republica Christiana, quia tunc laici possūt cogi ab ordinarijs, ut ordinentur, & fiant mi-nistrī sacramentorum, ne deficiētibus mini-stris, deficiat sacramentorum administratio: ut ex *Hojeda de incompatib. benefic.* 2. part. capit. 9. num. ultim. & *Lambert. de iure patronat.* lib. 2. art. 18. quæstione 7. princip. numer. 6. vers. fallit. 3. tradit *Thom. Vallascus allegatione* 2. num. 13. & vide posita ad cap. *Gesta* num. 5. infra distinctione 74. Nota tamen quod si beneficiatus acceptet curatum, qui requirit sacram ordinem animo se non ordinandi, sed ut percipiat fructus, tenetur ad restitutio: n, nisi mutata voluntate promotus fuerit intra annum ex textu in cap. cōmisā, §. caterum de electione in 6.

### C A P. Nullus in Episcopum.

#### IV.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopus non potest eligi, nisi sit in sacris.*
- 2 *Subdiaconatus dicitur hodie sacer ordo.*
- 3 *Epistolam canēs in peccato mortali, an peccet mortaliter?*
- 4 *Nobilis præsertur ignobili.*

**I**N textu, ibi, *In sacris*. Ex quo collige conclusionem, quod episcopus non po-test eligi, nisi in sacris cōstitutus cap. 1. & cap. *Osius*, & §. secundum infra 61. distinctione, cap. dudu, 1. & ibi *Glossa*. & in cap. cum in cunctis de elect. saltēt per sex menses ante promotionem ex

Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. de reformatione laté Azorius instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. §. septimo, qui nostri textus meminit. Imo quid sufficiat ut sit constitutus in minoribus, colligitur ex cap. 1. 77. distinctionis, & cap. à multis, de etate, & qualitate, & Bertachin lib. 2. de episcopis, num. 19. in 2. vol. tract. dum tamen habeat etatem requisitam ad dictam dignitatem.

**2 Ibi, Diaconatum.** textus diaconatum, & presbyteratum, sacros dumtaxat ordines appellat. Hodie vero additur etiam ordo subdiaconatus, qui dicitur sacer, ut est textus in cap. Erubescet supra 32. distinctione, & cap. à multis §. Verum de etate, & qualitat. & tradit Rastaur. de Imperatore questione 29. num. 3. in 12. vol. tract. Pannin. de visitatione 2 part. questione 6. nu. 24. vol. 14. tract. Martinus Ledesma secunda 4. questione 36. articul. 3. fol. 409. col. 2. in principio Bellarm. de sacramento ordinis lib. 1. cap. 7. vers. sunt autem qui docent ex nostro textu, quod olim subdiaconatus non erat ordo sacer, licet esset sacramentum, de quo late Vasquez de sacramento ordinis disputatione 248. cap. 3: & vide quæ scripsimus ad cap. Si quis eorum 7. num. 6. & 7. supra distinctione 32.

**3** Et ideo canens epistolam, sicut evangelium in peccato mortali, peccat mortaliter. Sylvest. in summa, verbo, baptismus, 3. num. 5. vers. quarto, utrum, & verbo, clericus secundo num. 2. Victoria de sacramento baptismi num. 29. & de confessione num. 136. & citati per Petrum Cened. 2. part. collect. 63. num. 3. Galet. in Margarita casuum conscientia, verbo, Ordo numer. 2. licet Suar. tom. 3. de sacrament. disp. 16. sectione 3. vers. de alijs, contrarium probabilius existimet, quod antea dixerat Solo in 4. distinctione 1. questione 5. art. 6. & dist. 24. quest. 1. artic. 4. circa finem, quia illa actio procedit à sacramento ordinis, & terminatur ad Eucharistiam, & qualiter subdiaconatui olim non fuit annexa continentia, vide Egid. Coninc k. de sacramento ordinis disput. 20. dub. 11. numer. 109. & posita ad cap. Si quis eorum numer. 6. & 7. distinctione 32.

**4 In textu, ibi, Expectatæ Religionis.** Ponderat Tiraquel. de nobilitate cap. 5. nu. 7. in fine, & per illum docet, si in beneficijs queratur de nobili, & ignobili, & qualibus meritis, & scientia, semper nobilis erit preferendus, quia nobilitas gradum adjicit; quod ante docuerat Bald. in leg. nemini licere 11. per textum ibi, num. 6. Cod. de advocatis diversorum iudiciorum, quem sequitur Felin. in Rubr. de maioritate, & obedient. num. 2. alios refert idem Tiraquel. loco citato iuvat textus, in cap. de multa in fine de prabendis.

## DISTINCTIO. LXI.

## CAP. Sacerdotale. I.

## SUMMARY.

- 1 Laicus non potest eligi episcopus quantumcumque sit perfectus.
- 2 Propter scandalum potest impediri ne electus confirmetur.

**I**n textu, ibi, Sacerdotale. Id est episcopale, & sic colligitur ex textu quod laicus non potest eligi in episcopū quantumcumque sit perfectus, sed tantum postulandus, idem habetur in cap. 2. & in cap. obitum 14. infra eadem. Nec obstat, quod dicitur de beato Nicolao, qui ex laico fuit electus episcopus, & de Severo, qui ex lanifico fuit assumptus ad episcopatum; & de Ambrofio, qui nondum baptizatus, fuit electus Archiepiscopus, ut infra eadem dist. cap statuimus 7. vers. è contra: quia ut respondet ibi, Glossa verbo, his omnibus, id factum fuit divina inspiratione, ex can. ult. 4. q. 3. & ideo non est trahendum in consequentiā, vel fuerunt postulati, ut est textus in cap. Episcopus 10. infra eadem.

**In Glossa.** Quam dicit singulare Barbatia conf. 11. num. 12. vol. 1. & ex illa deducit, quod si oriatur scandalum in populo potest impediri, ne electus confirmetur episcopus; unde dicitur in cap. cum tenetur de prabendis, quod ad evitandum scandalum habilis censetur inhabilis; facit L. qui cedem, ss. de siccarijs, ubi acceleratur mors propter vitandum scandalum, & quod voluit Innocentius in cap. inquisitioni de sententia excommunicationis num. 3. ubi dicit quod si Papa mandat aliquid, per quod timetur mala futura ecclesie, non est illi per rendum, quia generatur scandalum, multa tradit idem Barbatia d. nu. 12. alia congerit Cevat. in regul. peccatum part. 1. num. 5. ad med. qui nostram Glossam optimam appellat.

## CAP. In sacerdotibus. II.

## SUMMARY.

- 1 Hormisda Pontifex quis fuit?
- 2 Paulus Fuscus nostri textus meminit.

**3** In electione episcoporum est maior cura adhibenda.

**I**N superscriptione, ibi, Hor-  
misa. De quo vide posita ad cap. Si quis  
*Diaconus. 29. supra dist. 50.*

**2** In textu. Cuius meminit *Paulus Fuf-*  
*chus de visitatione lib. I. cap. 18.*  
*numer. 27.*

**3** In textu, ibi, Curā perspicuā.  
Probat textus quod in episcopis eligendis est  
maior cura adhibenda, quam in alijs, idem  
tenet, cap. miramur 4. infra eadē, quanto enim  
res est maior, tanto maior est inquisitio faciē-  
da, cap. ordinatos 59. dist. cap. quantumlibet 47. dist.  
cap. quiescamus 42. dist. cap. ult. 7. quæstione 2. Cum  
episcopus debeat esse vir bonae virtutis, litteratus,  
constitutus in sacris, ex legitimo matrimonio  
natus, in temporalibus circunspectus, & in  
spiritualibus, qui possit iura ecclesiæ tueri, pru-  
dens, docilis, temperatus, castus, sobrius, cautus,  
humilis, affabilis, misericors, in lege Dei in-  
structus, in scripturarum sensibus acutus, in  
dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, doc-  
tus, pauidus, maturus, Deo, & hominibus  
placens, hospitalis, & irreprehensibilis, mo-  
ribus ornatus, & mansuetus, & qui reprehendi  
non possit, quæ omnia probantur supra 38.  
dist. ubi vide posita ad cap. omnes 6. & in cap. Epis-  
copum 6. infra eadē, cap. cum in cunctis in principio  
de electione, & in Authent. quomodo oport. Episcop. §. I.  
& §. bac autē de Deo, collat. I. & Speculator de elect. §.  
I. vers. celebrata, & vers. & etiam potest, & vide  
quæ scripsimus ad cap. 2. dist. 23. Concil. Trident.  
sess. 6. cap. I. de reformat. ante med. & sess. 14. de  
reformat. in proœmio, post princip. Hac de re copio-  
se etiam agit Cosm. Magalianus in suo opere hierar-  
chico, sive de Ecclesiastico principatu, præsertim ad  
Caput. 3. epistole I. ad Timoth. sectione I.

### CAP. Non negamus. III.

#### S Y M M A R I V M.

**1** Summi Pontifices ex humilitate se sera-  
vatos servorum Dei appellant.

**2** Paulus in suis titulis se dicit servum  
Iesu Christi.

**3** Episcopus non debet eligi, qui sit sole-  
niter paenitens.

**I**Bi, Humilitatis. Et ideo summi Pon-  
tifices propter humili-  
tatem, se servos servorum Dei appellant,  
cap. relatum 36. in fine de sententia excommunicat.  
& in proœmio Decretalium, verbo, servus; ex quo  
provenit, quod ut Papa gloriam mundi con-  
temnat, dum consecratur, ante illum stupet  
in summitate arundinis, elevatae comburuntur;  
& clamando dicitur, Sic transit gloria mundi Pa-  
ter sancte, ut latè per Navarr. in repet. cap. inter  
verba II. quæstione 3. conclusione 5. num. 77. & Lu-  
dovicus Gomes in cap. I. n. 45. & 46. de constit. in 6.  
licet alij exponant illud servorum, hoc est divi-  
orum Petri, & Pauli, sicque videtur sentire Glossa  
verbo, per te in cap. quoties 9. I. quæstione 7. & de  
illis verbis servus servorum Dei, vide latissime  
Ponce de Leon. in respōsione ad Vvararamundū hereticū  
Calvinistam cap. 2. Anastasius German. de indultis, §.  
Servus servorum num. I. Primus enim omnium  
qui se sic scripsit fuit Divus Damasus Papa I.  
ut constat ex epistola eiusdem ad Stephanum  
Archiepiscopum, quæ invenitur inter opera  
Clementis Papæ. Aptè etiam advertit Flamin.  
de resignat. benefic. lib. 8. quæst. 7. num. 101. quod Pa-  
pa de stylo ita se appellat servum servoru Dei,  
ut si appareret Bulla sine huiusmodi inscrip-  
tione, de falso esset suspecta, & de humilitate  
in Pontifice requisita, vide late Lancellotti Con-  
radum in templo omnium iudicium lib. 2. cap. I. §. I.  
vers. humili, ubi num. I. nostri textus meminit.  
Illud etiam non leve humilitatis argumen-  
tum in Pontifice requisitæ, quod eligendus  
Pontifex collocetur in sede perforata, ut illi  
hoc signo palam fiat, quo pretio sit habenda  
humilitas, ut optimè advertit Petr. Gregor. Syn-  
tag. iuris, pars. 2. lib. 15. capit. 3. numer. 22. Dionys.  
Paul. de vera quatuor patriarchalium Sedium erec-  
tione cap. 18. numer. 12.

Sic Divus Paulus in titulis se dicit servum  
Iesu Christi ad Roman. cap. I. vers. primo & Divus  
Jacobus cap. I. vers. 2. personæ quippe Dei mis-  
nisterio proprius mancipatæ, humilioribus  
consentire debent, & imitari quod discipulos  
docuit Dominus noster Iesus Christus, qui ma-  
ior est vestrum, fiat sicut minister vester. Matth. c. 22.  
Marci capit. 10. cap. nullus primus 9. quæstione 3. &  
ipse Dominus noster Iesus Christus dictus est  
formam servi accepisse ad Philippenses. capit. 2.  
Justinianus etiam servum se dicit ultimū Dei,  
in l. I. Cod. offic. p̄flect. Prator, dixit & Antigo-  
nus Rex filio suo, quem immodestiore p̄f-  
fer modum videbat. An non nosti filii regnum no-  
strum nobilem esse servitutem; ut refert Elianus lib. 2.  
var. hist. cap. 20. Qua ratione existimat Ximen-  
nes in concord. iomo secundo in proœmio decretalium,  
tis receptum fuisse, ut Pontifices summi  
Imperatores, & Reges, solum nomine pro-

prio describantur, omisso cognomine, quod proprium servorum est cum in iure nostro sicutum fuerit, servos nomine proprio tantummodo esse nominandos. *I. cum precum Cod. de liberali causa.*

- 4 Ibi, De pœnitentibus.** Probat quod Episcopus non debet eligi, qui sit solemniter pœnitens: cum pœnitentia solenis faciat quem irregularem, ut probat *textus in cap. ex penitentibus, cap. in ea parte, cap. si quis post, cap. Canones, cap. pœnitentias supra 50. distinctione*, ubi vide, & tradit *Covar. in Clement. Si furiosus, I. part. initio numer. 10. Adde quæ scripsimus ad cap. 2. num. 9. supra distinct. 33.*

- 4 In textu, ibi, Nec.** Quæ dictio importat copulam eorum, quæ sequuntur, ideo si mandatur alicui, ut deponat aliquem, si eum reperiat malæ vitæ, nec sufficiente in litteris, requiruntur duo copulata, quod sit malæ vitæ, & non sufficiens in litteris. *Bald. conf. 432. Casus talis est vol. 5. Tuschus tomo secundo littera D. conclusione 312.* In super de natura huius dictionis est continuare eandem materiam. *Bart. per textum ibi in l. 2. vers. Nec cogitur ubi Glossa ff. de solutionibus, Jason. in l. si unus in principio numer. 9. per eum textum ff. de pactis. Parisius conf. 111. num. 25. vol. 1. plures significations tradit Cened. singular. 63. num. 3. & sequentibus.*

### C A P. Miserum. IV.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Magister quis dicatur, & à quo?
- 2 Magistri dicuntur preceptores cuiuscunque discipline.
- 3 Magister dicitur Doctor in Theologia, Medicina, & Philosophia. i. artibus.
- 4 Magistri vocantur Doctores legum, & Canonum.
- 5 Magister eligi non debet, qui non fuit bonus discipulus, & Doctor dicitur à docendo.

- I**N textu, ibi, Magistrum. Magister appellatur is, cui cura rerum incumbit, & qui magis diligentiam, & solitudinem rebus, quibus præst habet. *I. quibus 57. de verbis. significat, sic à magis magister, ut à minus miniter; sic magister epistolarum*

magister scrinij, idest à consilijs primus, & in titul. *Cod. de magistris sacrorum scriniorum lib. 12.* Inveniemus etiam in postremis libris Cod. eius significationis titulos, de Magistro equitum, magistro peditum, magistro militum pro tempore, de magistro rei privata, & linteraria vestis, de magistro viriisq; militia, & de magistro officiorum, idest Palatini ordinis. & de officio magistri officiorum.

Dicuntur, & cuiuslibet disciplinæ præceptores magistri à monendo, vel monstrando. *d. l. quibus 57. & l. qualem, 19. §. final, ff. de receptis arbitr. & magister pro præceptore artium mechanicarum l. 5. §. 3. ff. ad l. Aquilam, Magistri litterarij, & magistrationes pro docendi potestate l. unica Cod. de studijs liberalibus urbis Romæ lib. 11. & cap. 12. de quibusdam 37. distinct. Magistri litterarum pro necessarijs artibus, liberalibusque disciplinis in l. Archiatros 8. Cod. de metris, & epidemiticis lib. 12. Magistri studiorum, doctoresque l. Magistros 7. Cod. de professor. lib. 10. Sic in c. t. tit. de magistris, &c. D. Hieronymus scribit super Epistola ad Ephesios lib. 2. eum solam mereri dici magistrum, qui, à quo, & in quo quidquid dubitatur possit inveniri.*

Magister noster propriè, & absolutè doctor in Theologia dicitur, quia, & imitari debet Deum, qui dicit; *Vocatis me magister & Domine, & benedicis sum utique.* Magistri quoque Doctores in Medicina vocantur in l. magistros. *C. de professoribus, qui gradū etiā in Philosophia acceperunt, magistri dicuntur; sed cum adjuncto magistri in artibus.*

Vocantur, & legum Doctores, legum magistri in §. penult. proemij pandectar, & ira de Doctore in iure Pontificio, notat etiam Hostiensis in summa tit. de magistris, *Glossa in Clement. 2. de magistris.* Tamen *Glossa ad Authent. habita Cod. ne filius pro patre, ad verba, Domino, & magistro existimat Doctores legum dominos dici, reliquarum vero facultatum magistros, & Rebus ad §. 1. & collat, in concordatis in verbo, magistro vers. ex consuetudine ait, ita observari ex consuetudine, & puto, inquit, eos recusasse nomen magistri, ne faceret contra dictum Christi, *Mattb. cap. 13. ne vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus.* Notat postea aliquando etiam artifices vocari magistros in arte, & differenter magisterium eorum, & litteratorum ordinari; quia quando artifex vocatur magister, hoc nomen post proprium eius ponitur, ut *Ioannes magister faber, vel latomus;* quando vero doctor in Theologia, & altera disciplina dicitur magister, illud magister ante it, ut magister noster *Ioannes,* idem notat Hostiensis in summa de magistris.*

In textu

**5** In textu, ibi, **Qui nunquam discipulus fuit.** Igitur in magistrū eligi non debet, qui nunquam fuit bonus discipulus; ut textus hīc, cuius meminit Guillielmus Durandus de modo generalis Concilij celebrandi, rubrica 18. num. 5. in vol. 2. tractat. & Panvin. de visuat. 2. part. q. 9. num. 73. in vol. 14. tractat. idem probant cap. Si clericatus, 16. q. 1. cap. Officij, 38. cap. Cum in magistrū, 49. de elect. cap. Ordinatos, supra, 59. dist. & l. 9. iii. 31. partit. 2. Multo enim tempore discendum est, quæ postea doceamus cap. Sic vive, 16. q. 1. & qui remum tenere non dicit, secundum locum in tabernaculo tenere non debet presumere, cap. ante omnia, in fine, dist. 40. Doctor enim dicitur à docendo, quod possit docere, quæ antea bene didicerit, d. cap. Cum in magistrum, 49. de electione, & cap. Si Rector, 43. distinctionis.

**C A P. Miramur. V.****S V M M A R I V M.**

- 1** Superior propter tumultum, non faciat contra decreta sanctorum Patrum.
- 2** Domus quid dicatur, & quid veniat ilius appellatione?
- 3** Senex debet preferri iuniori.
- 4** Eligentis consideratio est, eligere secundum Deum, & non secundum carnem.
- 5** Labor quid sit; & plura de labore.
- 6** Dignitates non sunt ambitiose suscipienda.
- 7** Procurans episcopatum an peccet?
- 8** Electus presumitur alijs melior.

**I**N textu. Ex quo nota iuncta *Glossa* 1. quod Archiepiscopus eligendus sit magis exercitatus, ita ut pro nullius persona faciat contra decreta sanctorum Patrum, nec propter tumultum populi, nec propter sedandam discordiam; qui tamen habet potestatem regendi multitudinem; potest dispensare ex causa in lege humana, quæ sue authoritati innititur; ut icilicet in personis, vel casibus, in quibus lex deficit, tribuat licentiam, ut præceptum legis non servetur. Si autem absque ratione pro sola voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in dispensatione, aut erit imprudens; infidelis

quidem, si non habet intentionem ad bonum commune; imprudens si rationem dispensandi ignoret, propter quod dicit Dominus in *Luc.* *Quis putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Vide *Archidiac.* in cap. *Consequens*, nu. 8. supra, dist. 11. *Tiraquet.* de pœnis, *causa* 51. num. 7. qui textus meminit.

**In §. Quod si, ibi, In domo.**

Domus secundum Græcos dicitur tectum, p- priè autem secundum leges dicitur ubi sedes, & tabulas habemus, familiarium rerum constitutionem, l. in l. *Censoria*, ff. de verborum significacione, aliquando sumitur pro domicilio, l. 1. §. *Domum*, ff. de aleatoribus; hīc autem sumitur pro templo, seu Ecclesia Dei, ut *Glossa*, verbo, *domui*, in principio, 89. dist. & domus appellatione quid veniat? *Federic.* de in ius vocaud. nu. 28. vol. 3. tract. fol. 2. & *Ioann. Lecirier de primogenitura*. q. 4. art. 8. nu. 7. lib. 2. vol. 13. tract. *Carpano ad leges Mediolani*, 1. tom. cap. 434. nu. 35. & 36. & 2. tom. cap. 335. nu. 34. & cap. 347. num. 5. & cap. 375. nu. 56.

**In vers. Quid est, ibi, Maturitatē ætatis.** Et ita senex debet præferri iuniori, ut ex nostro textu tradit *Tiraq. de iure primog.* in præfat. num. 182. Sic Romani in omni genere vitæ sapientissimi leges annales scriperunt, quibus grandiorēm ætatem ad Consulatum, & cæteros magistratus constituebant, ut ex Tullio, Livio, & alijs retulit idem *Tiraquel.* nu. 168. Faciunt quæ tradit *Navarr.* in cap. *Si quando, de rescriptis, except.* 7. num. 4.

**In §. Sicut, ibi, Rectum.**

Præcipua consideratio eligentis est eligere recte secundum Deum, & non secundum carnem, cap. *Grave, de prabend.* non secundum pecuniam, ut de simonia per totum cap. *Quisquis, de elect.* non secundum corruptionem aliquam, sed secundum Deum, cap. *Constitutus, de appellat.* multea tradit *Navarr.* in cap. *Si quando, de rescriptis, except.* 17. nu. 1. *Rebus. in praxi, p. 1. tit. pœna, contra collatores, nu. 10.* qui uterque nostri textus meminere.

**In §. Merito, ibi, Pro laboribus.**

Labor est functio quædam corporis, vel animi gravioris operis, vel munieris, secundum *Cicer.* in *Tuscul.* 2. Labor dicitur pater gloriae, & famis obsonium, ut tradit *Cassan.* in *Catalogo gloriae mundi*, part. ultima, considerat. 48. *Cicer.* lib. 2. de natura Deorum. *Paris.* de resignat. lib. 5. quest. 3. nu. 218. & ferocitatem carnis domat *Stephanus Costa de ludo* 2. art. principale, nu. 36. vol. 4. tradat. & ideo ex textu colligitur; quod labore alios superans,

superatis, alijs p̄eponi debet, idem tenet Signore de homodeis, in quest. Utrum praferendus sit docto, an miles, num. 21. vol. 12. tractat. cum labor non debeat esse sine remuneratione, & fructu, cap. fin. & ibi Glossa, verbo, labore, 7. q. 1. Gregor. Lopez in l. 14. Glossa 1. tit. 6. p. 3. & Hieronym. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Glossa 4. num. 17. saltem in alia vita.

### 6 Ad fin. textus, ibi, Ad honores.

Dignitates enim non sunt ambitiosē suscipiēndæ, cap. Sicut is, 1. q. 6. cap. Vos autem, 16. q. 1. Archidiac. hic nu. 10. Sed an officium sacerdotiale possit appeti, & queri pecunia data? Respondendum videretur cum Geminiano in cap. 1. de boni studio, in 6. Quod sic, dummodo sit idoneus, & cupiat alijs prodeesse, & non obesse, & pecunia detur publicè; non obstante l. 1. C. ad l. Iuliam, de ambitu, quæ prohibet aliquem ad officium promoveri pretio, vel ambitione, quia secundum Glossam in l. Barbarius, ff. de officio prætor. loquitur quando secretè datur; quia tūc p̄esummitur contra dantem, l. 1. C. de famosis libell. sed nihilominus iure noviori, ex Constitutione Pij V. anno 1571. mense Decembris, prohibetur quis absolute promoveri ad officium pretio, vel ambitione sub pena confi- cationis, degradationis, amissionis officiorum, tam sacerdotalium, quam ecclesiasticorum, ac demum ultimi supplicij, ut tradit Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 7. & vide Novell. 8. in Authent. ut iudices, sine quoque suffragio.

### 7 Ad fin. textus, ibi, Notariam- bitus solent. Igitur procurans episcopatu-

m peccat mortaliter, saltem propter scandalum, cap. final. 1. q. 6. cap. Per nostras, 26. de iure patronatus, per quæ iura ita docet Caietan. 2. 2. q. 100. art. 5. Valerius Reginald. in praxi, lib. 5. tractat. 1. nu. 46. vers. Secundo modo, & vers. Tertio modo, ait quod procurans episcopatum per vim, fraudem, vel subreptionem, mortaliter peccat. An peccet ille, qui appetit episcopatum propter bona temporalia, etiamsi non sit illo indignus? Vide Caiet. 2. 2. q. 185. art. 1. Sylvest. verbo, episcopus, q. 5. conclus. 1. & 2. Navarr. in Manual. cap. 25. num. 15. Solo de iustitia, & iure, lib. 2. q. 2. art. 1. Reginald. in praxi, lib. 30. tractat. 1. nu. 46. & non p̄esummi bono exitu perfici, quæ malo sunt inchoata principio, ex nostro textu deducit Alciatus de presumpt. regul. 2. presumpt. 32. nu. 1. Imò aper- te constat ex illa inter latinos vulgatissima pa- rægma: Malè parta, male dilabuntur.

### 8 In Glossa, verbo, Pro laboribus.

Docet Glossa eo ipso quo quis electus est pre- sumi esse alijs meliorem, cap. Cum in cunctis, de

elect. cap. Cum In iuventute, in principio, de pre- sumpt. latè Bart. in l. 1. C. de dignitatibus, lib. 12. post alios Tiraq. de pœnis, causa 51. num. 94. qui nostræ Glossæ meminit, & eius materiam p̄sequitur.

## C A P. Episcopum. VI.

### S V M M A R I V M.

- 1 Episcopatus est dignitatis culmen, & propriè dignitas.
- 2 Episcopus non cōsecratus à tribus epis- copis, an dicatur consecratus?

### I N textu, ibi, Constitui ad Ec- clesiæ principatum. Nota quod

cum episco-  
patus fit culmen dignitatis, ut in cap. Miranur, supra, Glossa in cap. 2. de præbendis, in 6. Zerola in praxi episcopali, 2. p. verbo, Episcopi, vers. Decimo tercio, consonat Trident. sess. 24. de reformatione, cap. 1. & sess. 25. de reformat. cap. 6. & sess. 6. de de reformat. cap. 1. ante medium, exornat Bos- sius de signis Ecclesie, tom. 2. lib. 16. cap. 2. & p̄prie est dignitas cap. Venerabilis, in fin. de præbendis, singularis secundum Andr. Sicul. in cap. Dilectus, col. penult. de officio delegat. Mastrillo de magistrati- bus, lib. 5. cap. 10. nu. 12. Cassan. in Catalogo gloria mundi, p. 4. consider. 25. Anastas. German. de indi- tis. Cardinal. verbo, Episcopus. Ex qua suprema episcoporum dignitate, imò omnium digni- tatum apice, & fastigio ortum duxit, ut Papa nunc Romæ, nunc totius Ecclesiæ se dicat epis- copum, ut egregie observarunt Flamin. de re- signat. lib. 11. q. 13. nu. 132. Baron. tom. 8. anno anno 595. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proew. num. 8. Cavill. Borell. in summa omnium deis. tit. 4. num. 10. Hinc etiam fit, ut ipse Summus Pon- tifex episcopos vocet fratres, quasi sibi æqua- les, Reges vero, & Cardinales vocet filios, tā- quam sibi inferiores, & inæquales. Quod etiā adnotavit Felin. & Dec. in cap. Cum venerabilis, n. 2. de except. Cosmasju pragmat. tit. de numero Car- dinal. in Glossa verbo, Cardinales, & ideo ad epil- copalem dignitatem, non potest eligi quis, nisi sit probabilis vitæ, ut hīc textus, & textus si- milis, & singularis secundum Cardinal. ibi in Clement. 1. de renuntiatione, & Glossa singularis in cap. 2. de præbend. in 6. secundum Abbat. in dicto capite Venerabilis, & exiguntur etiam, mores probati cap. Cum in cunctis, de elect. cap. Inde- cum, de etate. & qualitate, & in Authent. quomodo eporteat episcopus, §. 1. novella 6.

In

**In Glossa, verbo, Constitui, ibi, Solus.** Cum tres episcopi requirantur in consecratione episcopi, si-  
gut tres Apostoli Petrus, Iacobus, & Ioannes, ordinaverunt Iacobum primum Archiepisco-  
pum, cap. Porro, infra, 66. dist. cap. Episcopi, cap. Comprovinciales, 64. dist. in principio, & cap. 1. 63. dist. cap. Quod autem, 67. dist. Glossa cōmunitē recepta, verbo, sive tribus, in cap. Ne episcopi, de temporibus ordinat. ubi dicitur, quod aliter episcopus non dicitur consecratus, & probat textus in cap. Fraternitatem, cap. Episcopi, infra, 80. dist. Sylvest. verbo, consecratio, 1. nu. 1. Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 30. q. 3. Bellarmin. lib. 4. de notis Ecclesie, cap. 8. ante med. Aegyd. Coninck. de Sacramen-  
to ordinis, disp. 20. dub. 9. nu. 82. Henrig. in summa. lib. 10. cap. 24. §. 1. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. q. 48. nu. 13. Alagona in compendio iuris canonici, pag. 98. Vivian. in rationali primi libri iuris Pontific. pag. 278. Ex quibus auctoribus hanc collige conclusionem. Si episcopus propria solum au-  
toritate alterum consecraret, illum non ma-  
nere consecratum, neq; ullam ordinis potes-  
tatem, vel characteris extensionem recipere.

**CAP. Quid proderit. VII.****S V M M A R I V M.**

- 1 Canonicus qui vadit ad horam pro de-  
nario, an committat simoniam?
- 2 Serviens episcopo spe futura remunera-  
tionis beneficij, an contrahat simo-  
niam?

**I**n textu, ibi, Per stipendia cle-  
ricalos militasse. Nota ex textu, iun-  
cta Glossa, quod ca-  
nonicus, qui vadit ad horas simpliciter p de-  
nario, non committit veram simoniam, ut te-  
net Glossa, verbo, reperit, ad fin. in cap. Unico,  
de clericis non resident. lib. 6. quam dicit celebra-  
tissimam Navarr. in cap. ult. nu. 56. de pænitentia,  
dist. 5. Abb. in cap. Ex parte, nu. 4. de officio delegat.  
Cosmas in pragmat. sanct. tit. Quomodo divinum offi-  
cium sit celebrandum, verbo, modulentur, fol. 161.  
& Archid. in cap. Sicut, 8. q. 1. D. Antonin. 2. part.  
summ. tit. 1. cap. 5. §. 17. vers. Secundo nota. Nisi  
cauonicus intendat illas distributiones tan-  
quam pretium divini officij, quia tunc esset si-  
moniacus, ut ait Vincentius Filiucius tom. 2. tra-  
ctat. 34. p. 2. cap. 2. nu. 29. saltē mentalis Abb.  
in cap. Consulisti, nu. 2. de celebrat. miss. de quo  
Vide D. Them. Quodlibet. 8. art. II. q. 6. Sylvest.

verbo, simonia, quasi. 6. Covar. lib. I. variar. cap.  
20. num. 5.

Nec etiam committit simoniam serviens  
episcopo spe futura remunerationis beneficij,  
quod aliqui limitant, dum sine omni pactio-  
ne, & conditione serviat. Nec episcopus dire-  
cte pio servitio ei providere intendat in bene-  
ficio, ut tenent Glossa, verbo, Promiserat. cap. Cū  
essent, 12. de simonia. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 4.  
proœm. nu. 51. & 52. vide Covar. I. variar. cap fin.  
nu. 3. Archid. in cap. Sunt in Ecclesia, nu. 3. 8. q. 1.  
Tolet. in summa, lib. 5. cap. 90. num. 4. Navarr. in  
Manual. cap. 23. nu. 106. Zerola in pract. episcopal.  
I. p. verbo, simonia, vers. Undecimo. Capicuus de-  
cis. 42. Sic non incurrit simoniam, qui episco-  
po indigenti pecuniam mutuat principaliter,  
ut ei subveniat, cumq; benevolum habeat, li-  
cet mediate, & remotè speret se postea aliquod  
spirituale beneficium ab eo esse accepturum,  
ut supponit Navarr. in Manual. cap. 23. nu. 101.  
quod verum est, etiam si omnino donasset ea-  
dem intentione, ut post eundem Navarr. do-  
cet Suar. tom. I. de religion. lib. 4. de simonia, cap.  
38. num. 6.

**C A P. Statutum. VIII.****S V M M A R I V M.**

- 1 Episcopus ignarus quare eligi non po-  
test?
- 2 Novus homo, & iuvenis quis dicatur?
- 3 Seniores præponuntur iunioribus, & pri-  
vilegia senectutis.
- 4 Laicus an possit fieri episcopus?

**I**n textu, ibi, Institutionum

**I**nscij. Collige ex textu, quod ignarus  
litterarum non potest eligi in  
episcopum, de quo saepe alijs in locis. Adde  
Azor. p. 2. lib. 6. cap. 6. §. 7. qui bene declarat,  
quis dicatur illiteratus. Menoch. de arbitrar. ca-  
sus 425. nu. 40. & ideo debet esse litteratus, &  
bonæ scientiæ, ut est iexitus in cap. Cum in cunis,  
& ibi Glossa, & DD. cap. Cum nobis. & cap. Con-  
gregatio de electione, cap. fin. de etate, & qualitate.  
cap. fin. supra, 51. dist. Authent. de sanctissim. epis-  
cop. §. Clericos, collat. 9. late Canis de locis theolo-  
gicis, lib. 8. cap. 6. vers. Principio, qui textus me-  
minit.

**Ibi, Novi.** Novus homo lib. 7. Livij in  
fin. de bello Macedonio dici-  
tur, qui primus plebeius ex familia sua curu-  
lem ædilitatem adeptus esset, & ibi. Novis ho-  
minibus nobiles opponuntur, nobiles dicti, qui  
maiorum

maiorum suorum habebant imagines, & quia aedilitas curulis solis patritijs, & nobilibus deferebatur, dum vero delata erat plebeo, fiebat ex novo nobilis. Hinc apud Ciceronem novi homines illi dicuntur, qui nullis avorum imaginibus illustres, ad honorum gradus in republica evocabantur. Quo sensu novum hominem se dicit idem Tullius oratione in Verrem, & alibi sibi. Si tamen Silio Italico credendum est, regio ex sanguine Tullius stirpem ducebat. Ita ille.

Tullius aratas raptabat in agmina turmas.

Regia progenies, & Tulli sanguine ab alto.

Iuvenis dicitur, qui non numeratur inter seniores, iuxta coniactudinem civitatis, l. Non aliter, §. fin. & ibi Bart. ff. de legat. 3. & dicitur iuvenis usq; ad 50. annos, l. Si sterilis de actione empti, imo usq; ad centum annos si disciplinari non potest, si creditur Bald. in l. fin. §. Filiis, in fine, C. de bonis, qua liberis.

### In Glossa, verbo, Novi. Quatenus di-

cit, quod seniores semper præponuntur iunioribus, idem tenet Guillielm. in cap. Raynuntius, verbo, in extremis, nu. 6. de testament. & Menoch. conf. 126. nu. 22. & 26. quia iuvenes non bene regunt. Restaurus de Imperatore, q. 73. nu. 11. & seq. vol. 12. tract. Privilégia, & prærogative senectutis sunt videnda per Tiraq. de primogeniis, in prefatione, à nu. 108. usq; ad 114. qui nostram Glossam refert, & eius materiam latè prosequitur Paleotus in speciali tract. de senectute. Cassan. in Catalogo gloria mundi, p. 11. considerat. 17. Gratian. discept. forens. cap. 328. à num. 1. & seq. Aloys. Riccius collect. 1623. & 1862. & ultra hæc, citat per Cened. 1. p. collect. 9. num. 5. Decius in cap. Clerici, num. 3. de iudiciis, latè Dueñas reg. 208. in principio.

**In §. His omnibus.** Nota quod licet electio, nec acti-  
vè, nec passivè cadat in laicū in spiritualibus,  
iuxta notata in cap. Massana, de elect. si tamen lai-  
cus fuerit vitæ, sanctitatis, & legalitatis maxi-  
mæ, potest eligi in episcopum, ut est textus in  
præsenti, quem ad hoc magni facit Felic. in cap.  
Super his, num. 16. post med. de accusat. & post  
Barbat. extollit Cassan. in Catalogo gloria mundi,  
3. p. considerat. 50. ad fin. Optimè Tiraq. de pa-  
nis temperand. causa 148. qui plura refert; iuvat  
rexius in cap. Nisi, §. Ne pro defectu, de renuntiatio-  
ne, ibi. Et ideo imperfectum scientia potest supplere  
perfectio charitatis.

### CAP. Neophytus. IX.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Neophytus quare prohibetur in episcopum ordinari?
- 2 Cessante causa, an cesseret effectus?
- 3 Tiraquel. nostra Glossa meminit.

**I**n textu. Collige ex textu, quod Neophytus, seu nuper plantatus in fide, vel religione, prohibetur in episcopum ordinari, & est similis textus in cap. Quoniam, 1. supra, 48. dist. ubi vide posita. Paul. epist. 1. ad Timoth. cap. 3. ne elatus in superbiam, tanquam religio Christiana plurimū eo egeat in iudicium, & laqueum Diaboli incidat. Si tamen cesset causa, & se humiliter gereret, eligi posset, ut hīc; quia cessante ratione constitutionis, cessat constitutio, ultra citata per Ap. chidiac. hic num. 4. Vide Tiraq. in tract. cessante causa, nu. 55. & nu. 130. & 215. & sequentibus, qui textus meminit, & vide circa illum Salzed. in tract. cap. 22. Covar. in Clement. Si furiosus, 1. p. §. 2. nu. 7. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 205. post principium, latissimè Augustinus Barbo de officio episcopi, part. 1. iii. 2. Glossa 17. ubi num. 6. nostri textus meminit.

### In Glossa, verbo, Causa, ibi,

**Cessat actu.** Docet Glossa cessare effec-  
tum quando cessat causa, non solū actu, sed & exemplo; ita ut non pos-  
sint trahi in perniciem exempli, aliās non  
cessaret effectus, quam dixit magnæ authori-  
tatis. Tiraq. tract. cessante causa, limitatione 26. ad-  
ducens textum in l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis,  
aut amatorum poculum dant, ff. de pænis.

### In eadem Glossa ad fin. ibi,

**Impulsiva.** De materia Glossæ vide Tiraq.  
cessante causa, limitatione 1. nu. 1. & vide textum in l. 2. §. ultimo, & ibi Glossa, Bart. & alij, ff. de donationibus, l. Generali, §. Duas, ff. de usu, & usu fructu legato, l. Cum tale, ff. de condit. & demonstrat. cap. Ex parte, in 2. & ibi Glossa, verbo, causa, de conversione coniugatorum.

### CAP. Osius. X.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Postulare quid sit, & postulatio quod  
iuris tribuat postulate?

Appella-

- 2 Appellatione scholarium, quid veniat?  
 3 Schola nomen pluribus potest accommodari etiam mulieribus.  
 4 Bernadus Diaz nostram Glossam dicit singularem.  
 5 Differentia inter electionem, & postulationem.  
 6 Gratianus impugnatur, & defenditur. & numeris sequentibus.

**I**N textu, ibi, Postulari. Postulare quid sit Paulus de Cittadinis de iure patronatus, art. 3. p. 6. nu. 85. & 86. in. 15. vol. tract. fol. 394. & postulatio quod ius postulato tribuat? Selva de beneficijs, 3. p. q. 1. nu. 30. fol. 51. vol. 15. tract. Summissa, verbo, postulatio, & Praepos. hinc, & plura de postulatione vide latè per Gregor. Tolos. synagm. iuris, p. 2. cap. 12. nu. 19. & seqq. & p. 3. cap. 6. nu. 21. & seqq.

**In Glossa, verbo, Scholasticus, ibi, Id est litteratus.** Appellatione enim scholarium veniunt Doctores, Petrus Lenauerius de privilegijs doctorum, q. 43. in vol. 14. tract. p. 4. fol. 85. Licet Doctores magis amplum habeant privilegium; idem Petrus Lenauer. 2. p. §. 23. ubi supra, & nomen scholæ pluribus actionibus potest ex sua significatione accommodari, ita scholasticorum, & scholarium à verbo vaco, do operam alicui rei. Inde in Cod. Iustiniani schola Palatinarum. l. fin. Cod. de delator. lib. 10. sacrarum largitionum. l. pen. C. de pal. factar. largit. lib. 12. Scholares devotissimi militares, l. 2. C. de can. larg. lib. 10. Scholæ militares, ubi, & Tyrones milites exercentur, l. 3. C. de Tyron. lib. 12. Scholares qui militant in Principis sacro palatio, & ibi aliquod gerunt officium, & ibi comites, praefecti vè scholarium, l. 1. 2. & 3. C. de privilegijs, lib. 12. scholæ agentium in rebus, l. 1. Cod. de agentibus in rebus, lib. 12.

Schola est locus ubi aliquid diligenter discitur, vel docetur vacatione facta ab alijs negotijs. Vnde illud Ciceronis dictum, Nunquam minus solus, quam cum solus, nec minus otiosus, quam cum otiosus. Otiū illud litteratum negotiosum intelligendo, vide Laurent. Vallen. lib. 4. elegantiar. cap. 61. Ita scholastici, vel scholares dicti, qui litteris dant operam, & litterarum causa peregrinantur. Ambent. habita, C. ne filius pro patre; & scholarium nomine continentur, etiam mulieres si quæ sint, quæ studeant in scholis, ut de veteribus puellis meminit Livius lib. 3. de Virginea, & alijs. Plinius lib. 1. epistola 17. & l. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. & l. Si paterno, 15. C. de nego. gestis.

**In Glossa, verbo, Sed aliud, ad medium.** Docet Glossa posse quem ordinari, si fuerit nominatus, vel postulatus ad aliquam dignitatem, quam sequitur Mayolus de irregularitate, lib. 4. cap. 15. n. 3. & dicit insignem Salzed. in pract. cap. 18. n. 6. licet bene limitet hoc iam non procedere post decisionem Concilij Tridentini.

**In §. Sed aliud.** Docet Gratianus in praesenti, differentiam inter postulationem, & electionem, aiens quod clericus alterius diœcesis non eligitur, sed postulatur; quam doctrinam nonnulli reprobat, ex eo, quia vel iste clericus diœcesis est liber, ab alia cura Ecclesiae, & tunc videatur dicendum posse eligi, quia nullibi id repetitur prohibitum, ut tenuit Glossa, verbo, aliam, in cap. Cum inter canonicos, 21. de electione; vel est obligatus alteri Ecclesiae curatæ, & tunc licet non possit dimittere aliam Ecclesiam, sine proprij episcopi consensu, cap. Admonet, de renuntiat. cum multis ibidem. Tamen licet potest elegi, iuxta textum expressum in dict. cap. Cum inter canonicos, ac per consequens postulari nequit iuxta regulam, quam in hac materia tradit Glossa in cap. ult. de postulat. pralat. prope fin. quod sicut postulandus non potest eligi, ita eligendus non potest postulari, quare in hoc reprobatur Gratianus à Turrecremat. in praesenti, num. 8.

**Ut tamen Gratiani dictum defendatur, supponendum est, quod clericus alterius diœcesis, dum in propria est idoneus, eligi non potest, ut expressè probatur in cap. Nullus, infra, 61. distinct. & constat ex autoritate Navarr. in miscell. 38. de orat. nu. 3. qui asserit, prætermittendum esse digniorem alterius diœcesis, dum est dignus in propria, quod minimè esset dicendum, si clericus alterius diœcesis, stante digno in propria, esset eligibilis; idq; efficaciter probant directè prohibentia verba dict. cap. Nullus. Nec obstat cap. Cum inter canonicos, de electione, propter quod Glossa ibi, verbo, aliam, contendit clericū alienæ diœcesis esse eligibilem; & dict. cap. Nullus, procedere de honestate; nam respondetur, quod licet clericus alienæ diœcesis eligibilis non sit, stante digno in propria; tamen dum à maiori, & seniori parte capituli eligitur extraneus, creditur non esse in propria idoneum, ita ut contrarium afferenti non credatur, nisi notorietas sit in contrarium, vel in continentio offerat probationem.**

Cum igitur Praepositus, de quo, in illo cap. Cum inter canonicos, esset electus à maiori, & seniori parte capituli, non fuit audita querela adversarij simpliciter afferentis, intra diœcensem fuisse alium idoneum; & tanquam ex frivola

frivola causa appellatio rejicitur, ut inquit Pontifex. Ex quibus constat, non bene Glossam ubi supra, de honestate textum illum intellexisse, & melius dicendum electionem de extraneo, si constituerit esse idoneum in propria civitate, esse nullam; quidquid Turrecremat, & Archidiac. in d. cap. Nullus, cum Innoc. in d. cap. Ne pro defectu, & in cap. Tua de his, quae sunt à Pralat. Hossiensis dictum reprobent, qui in cap. Ne pro defectu, de electione, tenuit quod Prälatus ad quē ob negligentiam devoluitur potestas eligendi, teneatur eligere de propria diœcesi, si est idoneus; aliás cassetur electio, cuius dictum recipit Abb. in d. cap. Ne pro defectu, nn. 7.

**8** Secundo dicendum, quod ille, qui est alligatus curæ alterius Ecclesiæ parochialis, potest ad aliam eligi, ut probat Turrecremat. in præsenti, num. 8. Abb. in d. cap. ult. num. 6. & 8. quidquid Glossa in d. cap. ult. repugnet, contra quam est textus expressus in dict. cap. Cum imier canonicos, & in cap. Si Abbatem, de electione, lib. 6. cum multis alijs. Ratio autem, ut per Abb. dicto num. 8. est, quia inter parochum, & Ecclesiæ non datur matrimonium spirituale, quia non habet perfectam pastorale officium, nec vinculum perpetuum, quod est de substantia matrimonij; unde fit, quod licet episcopus non possit transire in religionem, sine consensu Pontificis, cap. Nisi cumpridem, vers. Rerum, de renuntiatione. Soto lib. 10. de iustitia, quest. 2. art. 4. Parochus vero potest sine consensu episcopi religionem profiteri, cap. Due, 19. quest. 2. optimè D. Thom. 2. 2. quest. 184. art. 6. in corpore, ubi Caietan. latè materiam examinat.

**9** His suppositis dictum Gratiani excusat, fatetur quod ille est postulandus, qui eligi non potest; contēdimus tamen clericum alienæ diœcesis non esse eligibilem, si idoneus detur in propria. Vnde fit consequens, quod clericus alterius diœcesis non est postulādus, dum datur in propria idoneus; non sic, si fuerit clericus propriæ diœcesis, alteri Ecclesiæ additus, quia hic eligi potest; nec de illis aliquod verbum Gratianus in præsenti, quidquid Turrecremat. in præsenti, num. 8. contrarium Gratiano imponat.

## CAP. Episcopus. XI.

### S V M M A R I V M .

**1** Electio episcopi, quando competebat Capitulo, petebatur confirmatio à superiori.

**2** Episcopus eligitur cum in consistorio praconizatur,

**3** Episcopus confirmatur, quādo factō processu de vita, & morib⁹ expedita cedula in consistorio.

**4** Divus Ambrosius, an fuerit postulatus ab Imperatore?

**I**N textu, ibi, Decreti subscripti tionibus. Nota quod facta electione episcopi, capitulum scribit superiori, scilicet Metropolitano, aut Primali, vel alteri, qui sit superior, quo deficiente scribit Pape litteras sigillo Capituli, & singulorum munitas, & à Canonicis subscriptas, quæ litteræ decreum appellantur, in quo electio facta seriatim narretur, & confirmatio peratus ob forma tradita per Speculat. de electione, §. 1. vel celebrata igitur, & probat cap. Innocuit, & cap. Cō inter, de electione, quod tamen intelligo verum, quando ius eligendi episcopum Canonicis Cathedralis competebat, ut in cap. In Genes. cap. Ecclesia, in 2. cap. Cumana, cap. Cum in veteri, cap. Congregato, & cap. Bonz, in 2. de electione, cap. Cum Ecclesia, de causa possessionis, & proprietat. & cap. Constitutus, de appellat.

Hodie vero cum electio episcoporum summo Pontifici reservetur, ut in regul. 2. Capell. (licet non possit facere, ut nulli sint episcopi, Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 30. in fine) eligitur episcopus cum in consistorio praconizatur, & praconizatio habet vim electionis, cum fiat tantum ad effectum nominandi personam ad episcopatum assumendam; ut si quis sciret aliquod impedimentum quominus taliter praconizatus assumi deberet, illud manifestare posset: & ista praconizatio nullum tribuit ius, aut iurisdictionē; nec potest' quis illius vigore fructus percipere: cum episcopus nominatus, donec à Papa fuerit provisus, se in iurisdictione, & fructuum perceptione immiscendo, sit intrusus, cap. Quod sicut, in principio, de elect. Oldrad. conf. 246. nn. 1.

Confirmatur postea, quando alia die in eodem consistorio fabricato prius processu super vita, & moribus promovendi, expeditur cedula, quæ vocatur consistorialis, quæ habet vim supplicationis in Dataria expeditæ; & illa est matrix super qualiteræ Apostolicæ expeditione; & ante illarum expeditionem illa cedula dicitur gratia informis, ut informis gratia dicatur supplicatio; Gomes de infirmis resignat. q. 18, num. 1. Cætera noto ad cap. Omnes, num. 4. supra, dist. 38. & ita non est cur in subscriptionibus, & decretis Canonorum immorer, cum de illis pateat apud Bertachinum lib. 3. de episcopis, a num. 18. & seqq. fol. mihi 150. & vide quæ latè dixi ad cap. 2. supra, dist. 23.

In §.

**In §. Sic beatus.** Inquit Gratianus,

quod beatus Ambro

brosius ab Imperatore Valentiniano postulatus est, & non electus, sed expressè videtur convinci ex eiusdem Gratiani dictis in cap. Statuimus, in fine, supra, bac eadem dist. ubi inquit, Ambrosium fuisse electum, quod etiam expressè probatur in cap. Valentinianus, infra, 63. dist. Quinimò etsi postulatus fuisset, non foret ab Imperatore, qui non habebat ius eligendi, & postulatio est facienda ab electoribus. Turrecremat. in cap. Osus, §. Sed aliud, num. 13. hac dist. quare reprobatur Gratian. ab eodem Turrecrem. & in praesenti. Tu dic, beatum Ambrosium fuisse electum, ut postularetur, Glossa in cap. Valentinianus, idq; patet si expendas, quod Ambrosius Ethnicus erat, & ut talis episcopatus incapax, & non debebant canonici contra notissimas iuris regulas hominem plenum impedimentis, & extra catholicam Ecclesiam constitutum eligere. Nec obstat si dicas, postulationem non fuisse Imperatoris. Respondeo enim postulationem ab electoribus fuisse factam, sed illi autoritatem ab Imperatore impetratam, qui pro postulatione intercessit coram Pontifice, & propter hoc dicitur Ambrosius ab Imperatore postulatus à Gratiano h̄c.

## CAP. Nec emeritis. XII.

### S Y M M A R I V M.

- 1 Extraneus in beneficijs, incolis debet postponi.
- 2 Index non debet esse exterus.
- 3 Provisiones Apostolice contra huiusmodi statutum, an valeant?

**I**n textu. Quatenus habet, quod extraneus in beneficijs debet postponi incolis; idem habetur in 2. de electione, & in l. Ecclesiasticis, 11. C. de episcopis, & clericis. Lopez in l. 13. tit. 15. partit. 1. Trident. sess. 24. cap. 13. in finalibus verbis. Cosmas in pragmática sanctione de collatione, verbo, alij. Covar. practicar. cap. 35. num. 5. Gonzal. ad regulam 8. Cancellaria, Glossa 9. §. 1. num. 37. Imò expressè prohibetur exterus habere beneficia in hoc regno; ex provisione Regis Emanuelis, anno 1512, die 18. Februarij; ut tradit Cabed. de patronatib. regie corona, cap. 29. ubi idem etiam dicit de iure Franciæ, Castellæ, Aragoniæ, Navarræ, & aliarum civitatum Italij, per Salzed. in practic. criminal. cap. 54. num. 2.

Quod amplia in judice, qui non debet esse exterus, l. Verum. de incolis, lib. 10. Cassio in practica Lusitanæ, lib. 1. cap. 2. §. 6. Miranda de ordine judiciali, quast. 4. art. 6. quæ ampliatio fallit in Romana Curia, ubi iudices non nisi exteri esse debent, & an sit iusta lex, vel statutum, quod beneficia ecclesiastica, & officia sacerdotalia non conferantur exteris, sed oriundis ex oppido, civitate, aut ex regno, videndi sunt Mandosius in regula 16. q. 39. Covar. ubi supra, Hoieda de benefic. 1. p. cap. 23. à nu. 48. & cap. 24. à nu. 43. & nu. 86. & à nu. 115. Selva de beneficijs, 2. part. quast. 23. à nu. 34. & 3. part. quast. 26. à nu. 1. Aleiat. regul. 1. presumptione 37. in tractatu de presumpt. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 5. num. 14. Cassan. in Catalogo gloria mundi, part. II. considerat. 22. & Spino de testamentis, Glossa 3. princip. ex num. 32.

An provisiones Apostolice contra hujusmodi statuta iustè impedianter manu Regia? vide Covar. practicar. cap. 35. num. 6. & cap. 36. num. 3. vers. Hoc ipsum fieri, Salzedo in practica, cap. 54. à num. 17. Vivaldi. in Candelabro eccles. in explicatione Bulle Cœna, casu 14. num. 101. Rojas singular. 148. Ayendano de exequendis mandatis, cap. 1. num. 32. vers. Item ex eadem; pro quo vide citatos p Gabriel. Pereira de manu Regia, praludio 2. nu. 24.

## CAP. Nullus. XIII.

### S V M M A R I V M.

- 1 Doctores qui textus meminere.
- 2 Civitas, & diœcesis, an sit idem?
- 3 Dum aliquis invenitur eiusdem Ecclesiae, non debent beneficia extraneis concedi.

**I**n textu. Cuius meminicit Rebuf. in pract. xi. part. 3. iii. Regula quod quis intelligat idioma, Glossa 1. nu. 1. Gregor. Lopez partit. 1. iii. 15. l. 13. Glossa 3. ad med. Covar. practicar. cap. 35. nu. 5. Rochus de iure patronat. verbo, honoris. nu. 45. qui nostrum texum vocat pulcherrimum, Staphileus de litteris gracie, littulo. Nona forma pauperum, nu. 25. qui etiam dicit nostrum textum notabilem, addens quod licet loquatur de promovendo in episcopū, tamen ratio illius communis est etiam ad beneficia inferiora.

**Ibi, Civitatis.** Civitas, & diœcesis sunt synonyma, ut tenet Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria. Glossa 51. nu. 75. & civitas continetur sub nomine diœcesis in statutis, constitutionibus, & privilegijs; secus in rescriptis, contentijs, cap. 1.

Aaa

& cap.

¶ cap. significavit de officio ordinat. cap. cum tibi de verbis. significacione, & Archidiac. hic num. 2. Cosm. in pragmatica sanctionum tit. de collat. verbo, diœcesi folio mihi. 80. & in materia favorabili venit civitas appellatione diœcesis, Egid. Bellam. decis. 641. & etiā in materia odiosa, quādo verbū diaœcesis profertur à lege, vel cōsuetudine generali Balb. decis. 6. per c. i. de rerū permūt in 6. Sed nō venit quādo profertur in rescriptis, seu dispositiōnibus particularibus Fabric. decis. 6. Cod. de verbis. significacione Gonzal. ubi supra Glossa 43. num. 194. 195. & 196. & Aloys. Riccius collect. 1387.

3 Ibi, Nullus. Ergo dum aliquis inventitur ex propria diaœcesis, alijs est præferendus, de quo vide Soto lib. 3. de iustitia q. 6. art. 2. pag. 6. §. En nascitur, & pag. 8. ad quartum ubi textus meminit, iuyant quæ tradit Dueñas reg. 203.

### CAP. In ordinatione. XIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Sanior pars quæ dicatur?
- 2 Vitia opponuntur fortitudini?

¶ IN textu, ibi, Pars quāvis parva. Licet enim parti maioris monasterij semper standum sit, ut tradit Jacob. Novell. de iure pro thomis §. 7. n. 33. in 17. tom. tract. non consistit cātum in numero, sed in dignitate, & authoritate personarum. Rodoan. de rebus ecclesia non alienādis q. 37. nu. 9. quia non sufficit maior pars, nisi sit sanior, ut per eundem, num. 8. Abb. in cap. eccl. vestra in 2. §. nos ergo num. 7. de electione per illum textum, quem ad hoc dicit esse notabiliter menti tenēdum; licet in dubio maior pars præsumitur etiam sanior, argum. cap. prudentia, de officio delegat. Rodoan. ubi proxime nu. 17.

2 In textu, ibi, Vitia. Vitia opponuntur fortitudini, & quale in his sit peccatum, vide D. Thom. 2. 2. quæst. 125. & sequentibus Lessum de iustitia lib. 3. cap. 1. dubitatione 6.

### CAP. Studij. XV.

S V M M A R I V M.

¶ Electio quando fit à Papa, potest esse sub conditione, non vero quando fit ab inferioribus.

2 Gratia de beneficio, cū clausula, si vacat, non reddit gratiam conditionalem.

IN textu, ibi, Declinare possit electio. Quatenus probat, quod electio potest fieri sub conditione, intellige verum, quando fit à summo Pontifice, ut ait Decianus lib. 1. conf. 8. num. 73. Archid. Dominic. & Cardin. in cap. Pastoralis 7. quæstion. 1. Felic. in cap. inter ceteras ad fin. de rescript. qui potest solus sub conditione ad tempus, & ex arbitrio beneficia conferre, ut in d. cap. Pastoralis, & cap. proposū. de concess. præbed. Non vero quando fit ab inferioribus collatoribus, qui prohibētur eligere per vota conditionalia, alternativa, & incerta, ex textu in cap. in electionibus 2. de electionibus lib. 6. Licet possit eligere sub modo, ut per Decian. a. 105. 8. nu. 75. & num. 91.

Nisi conditio de sua natura insit, utpote gratia facta de beneficio cum clausula, si vacat, non reddit gratiam conditionalem, sed dicitur pura ex communi, in d. cap. in electionibus ubi Geminianus num. 2. Franc. num. 4. Decius in l. actis legitimi, ff. de regul. iuris Rota coram Pamphilio in una Verdunen decanatus 6. Marij. & 28. Junij 1595 licet Glossa, verbo, incerta in fine in d. cap. in electionibus dicat quodd electio sub simili conditione fieri non possit. Ultra hæc vide Corat. 3. variar. cap. 16. nn. 2. & Aloys. Riccius collect. 796.

### CAP. Obitum. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Visitator, seu Administrator est, qui per Papam ecclesiæ cathedrali datur, & potest beneficia conferre.
- 2 An in spiritualibus detur acceptio personarum?
- 3 Textus intelligitur de Visitatore, & non de Comendatario.

IN textu, ibi, Visitationis. Visitator hic dicitur, qui per summum Pontificem ecclesiæ cathedrali datur, qui dicitur etiā administrator, ut per Francisc. Pavin. de visitatione 1. part. quæstione 1. num. 27. in vol. 14. tractat. qui poterit beneficia spectantia ad collationem episcopi conferre, ut hic; & Selva de benefic. 2. part. quæstione 6. num. 3. in vol. 15. tract. fol. 37. ab officio renovere, Idem Pavin. ubi supra 1. part. quæst. 2. n. 51. fol. 117.

Secus si ab alio, quam à Papa fuerit constitutus, ut tenet Archid. in cap. quoniam n. 1. infra eadē, & de materia huius textus, & quae potest huiusmodi visitator, vide Azor tom. 2. lib. 5. cap. 35. Boer. decis. 2. n. 4. qui textum refert, & intelligit.

**2 In §. Commonemus, ibi, De altera eligit.** Ergo in spiritualibus datur acceptio personarū, de quo vide latissimè Soto lib. 3. de iustitia questione 6. art. 2. qui nostri textus meminit.

**3 Ibi, Fraternitati.** Per hunc textum docet Roman. cons. 350. in casu quem sequuntur DD. in cap. si considerit de accusationibus: Papam posse revocare commendam in ecclesiæ utilitatem factam, secus in utilitatem personæ texius similis in c. constitutum 7. q. 1. Sed hæc iura non loquuntur in commendatarijs, sed in visitatore, qui ecclesiæ solet, dari, donec illi provisum fuerit, cap. penult. de supplenda neglig. Prælator. lib. 6. ut bene advertit Rebūf. in praxi part. 1. titul. de commenda num. 67. de quo agit Paulus Fuschus de visitatione lib. 2. cap. 9. num. 3. qui nostrum textum meminit.

## CAP. Catinensis. XVII.

### S Y M M A R I V M.

**1 Industria personæ quando censeatur electa?**

**2 Ambitiosus non potest eligi episcopus, nec schismaticus.**

**3 Neque excommunicatus, aut suspensus.**

**4 Dicitio mox quid significet?**

**I**n textu, ibi, Per te. Nota quod per ista verba semper censetur industria personæ electæ, sicut etiam quando in lege, rescripto, vel cōmissione apponitur verbum super te, tu, & nō alius, tu tu, tu ipse, vel ubi apponuntur verba cōfidentiæ personæ, cui talia cōmittuntur significantia, pro ut si dicat, tua circumspectioni, tibi, de quo singularem cōfidentiā habemus, & alia per quæ, sive tacite, sive expresse huiusmodi industria electa censeatur. Inter quæ non erunt illa verba tuam conscientiam onerantes, vel iubemus, aut precipimus, notant Abb. & Felin. numer. ult. in cap. quoniam §. 15. de officio delegat. Rota decis. 8. de confess. præbend. & in novis decis. 443. licet contrariū cum communi resolvat Tiraquel de reijast. tit. I.

§. 4. Glossa. I. num. II. Ias. in l. à iudice, numer. II. Cod. de iudic. & quando generaliter censeatur electa industria in publicum, vel privatum favorem, Ias. ubi supra num. II. Tiraq. in l. si unquam, verbo, revertatur num. 52. C. de revocand. donat. Menoch. cons. 17. num. 7. & cons. 54. num. 5. & 44. & cons. 69. num. 57. & cons. 93. à n. 16. & sequentibus, & de vi dispositionis requirentis personalitatem Pedamont. decis. 113. num. 2. usque ad 10. Menoch. de arbitrar. q. 54. num. 39. & easu. 205. & vi de Glossam verbo, publice in Clement. I. de vita, & honestate clericorum.

### Ibi, Canonibus inimicum.

Inter quæ connumeratur ambitiosus, qui non potest eligi episcopus cap. nullus itaque I. q. 1. cap. siue I. quest. 6. cap. 1. de clericis non residentibus; ambitiosus enim est, qui desiderat praesesse, non prodesse: nam qui desiderat episcopatum, ut posic, & non praesit, bonum opus desiderat cap. qui episcopatum 8. quest. 1. & merito in cap. officij de electione, & electi potestate, huiusmodi verba affert Glossa: ambitio bene repellit quemlibet à dignitatibus neque enim decet, ut ad fastigiatum ecclesiasticæ dignitatis culmen, per fraudulentos ambitionis gradus ascendatur. Quod optimè docent Peres L. I. in princip. iit. 16. lib. 2. Ordin. pag. 373. Gregor. I. 3. verbo, obispado tit. 17. part. I. Azeved. I. I. num. 2. cum sequentibus; titul. 5. lib. 3. nove recopil. Bobadil. in sua politica lib. I. cap. 3. numer. 67. Neque immēritò Auctor musæ panegyrica Gaspar Pinto Societatis Iesu (quavis eam germani Michaelis nomine inscripsit) lib. 2. variae musæ, viris optimis turpe, & indecorum esse dixit, si, non meritis sed ambitione nisi, ad honores ascendant.

Vos etiam pudeat superare, & vincere summos.

Ambitione gradus; meritis ascendere pulchrum est.

Quod vocat altus honor.

Nec schismaticus potest eligi cap. quia diligentia 5. de electione nisi cum dispensatione revertatur ad fidem Glossa, & DD. in cap. nos consuetudinem supra 12. dist. qui nec consecrat alios, nec dici potest consecratus, sed excommunicatus cap. 2. nos consuetudinem 12. distinction. cap. pudenda 24. questione I. Neque iniamicus hospitalitatis eligi debet episcopus in summa 85. distin. & cap. 1. & cap. ult. 51. distinctione, & §. I. c. domus 42. distinctione. Vide Sanch. in præcepta decalogi lib. 2. c. 36. num. 18. Gartianum de benef. part. II. c. 10. §. I. numer. 161. Nec qui longo tempore incontinentis fuit, textus in præsenti, cuius meminit, & late exornat, Augustinus Barbosa de officio Episcopi titul. 2. Glossa 4. a numer. 9.

Nec excommunicatus cap. Postulatio 7. de cleric. excommunic. ministr. Glossa, & DD. in cap. Per inquisitionem, & cap. De illa, de electione, speech de lib. concept. §. fin. ad fin. Archidiac. in cap. Nullus

## Prima pars Decreti.

548

ā nu. 3. infra, 63. dist. etiam excommunicatio minori Glossa in d. cap. De illa, & cap. Si celebrat, de clericis excommunicatis ministrante, licet possit eligere. Ne quē suspensus potest eligi in episcopum, cap. Cum dilectus, 8. ubi Glossa, verbo, suspensus, &c cap. Per inquisitionem, 26. & ibi Glossa de consuetud. Imō nec postulari, per Glossam, & DD. in d. cap. De illa, de electione, & notat Glossa in cap. Cum dilectus, supra citat. sive sit suspensus à beneficio, ut in cap. Qui inquisitionem, cum Glossa de elect. sive ab officio, ut in d. cap. Cum dilectus, secundū dictam Glossam, per cap. Cum bone, de atate, & qualit.

4. Ibi, Mox. Quæ dictio denotat modicū intervallum, & ponitur pro incontinenti Bart. & Salic. in l. 1. C. de rebus creditis. Glossa, & Bart. in l. Momentanea, C. unde vi, Glossa notabilis in Ambent. de incestis nuptijs, in princip. vers. Mox. Textus in cap. 3. de verbis. significat. Abb. in cap. Quia propter, nu. 17. per illum textum, & ibi Glossa, verbo, Mox, de electione. Aliquando tamen denotat intervallū, & ponitur p postea l. 1. & ibi Glossa, verbo, Mox, & Dec. nu. 28. ff de rebus creditis. Traq. in l. Si unquam, verbo, Postea. nu. 1. C. de revocandis, & plures significaciones huius dictionis, mox, vide per Glossam in cap. 1. verbo, non mox, 20. q. 2. & per Glossam in cap. Quia propter, verbo, Mox, de electione, plures refert. Cened. singulari, 61. nu. 1. & seqq.

## Ad cap. Bene. XVIII.

### S V M M A R I V M.

- 1 Papa episcopos consecratos vocat fratres.
- 2 Monachus potest eligi episcopus, si superior consentiat.
- 3 Monachus factus episcopus, non habet fructuum dominium, nec bonorum proprietatem.
- 4 Aprutium Italia regio.

1. IN textu, ibi, Fraternitas. Nota quod causa, cur Papa vocat omnes episcopos fratres, ut in cap. Per venerabilem, §. Sunt autem, qui filii sunt legitimi, est ob participationem dignitatis episcopalibus, ut in cap. Præterea, 51. dist. cap. Fratres, de penit. dist. 5. vocati namque in partem sollicitudinis, cap. Fundamenta, §. Decet, de elect. dummodo episcopi sint consecrati, non aliter. Nam non consecratos vocat filios, ut ceteros clericos, & laicos etiam Principes; cap. Quam gravi, de criminis falsi. Deus omnium pater, nos filii eius creatione, & regeneratione p fidem, cap. 1. de summis. Trinit. Vicarius eius unus in terris Sumus Pontifex, qui ut pater filiorum, sic omnium curam

habere debet in plenitudinem potestatis, non ut alij in partem sollicitudinis vocatus, cap. Ad honorem, de authorit. & usupallij, cap. Cuncta, cap. Altorum, 9. q. 3.

In fine textus, ibi, Monachus, & ibi, Promoveri. Probat textus, quod monachus potest eligi episcopus; ad idem textus in cap. Nullus religiosus, de elect. in 6. Innocent. in cap. Post translationem, de renuntiat. Dum tamen suus superior consentiat ei acceptanti electionem de se factam. Alter monachus non potest consentire, Glossa in d. cap. Nullus, & in cap. Si religiosus, cap. Quam sit, cap. Quorundam, eod. iii. in 6. Etiam an monachus factus episcopus sit solitus à statutis suæ regulæ dic quod non; Glossa, verbo, Predicatores, in cap. Quorundam, de elect. in 6. Covar. in cap. 1. de testim. nu. 18. si non impediunt Pontificale officium, ut deferre habitum secundum Thom. 2. q. 185. art. 4. & cap. Clerici, in fin. de vita, & honest. cleric. & vide semper Caiet. in opuscul. 27. quell. 22. Suar. tom. 5. disp. 23. sect. 4. num. 34. Reginald. in pract. pœnitent. lib. 18. nu. 406. Quæres hoc loco. Si aliquis ex monacho in episcopū assumptus, propter aliquid delictum ab episcopatu deponatur, & in monasterium ad agendum pœnitentiam detrudatur, utrum possit iterum ad episcopatum revocari? Est communis auctorū opinio negativa. Ita Mayol. de irregul. lib. 3. cap. 6. nu. 4. Flamin. de resignat. lib. 5. q. 3. nu. 242. concordat textus in cap. Post translationem, de renuntiat. cap. Hoc nequaquam, 8. q. 1. cap. Temporis, §. Idem, eadem causa, & quæstione.

Et non potest similiter comedere carnes, quarum usus est monachis prohibitus, ut est Glossa ult. in cap. Carnem, de consecrat. dist. 5, vide Zerol. in pract. episcop. 1. p. verbo, episcopus, vers. 8. non tamen habet fructuum dominium, & proprie- tate honorū. D: Th. 2. 2. q. 88. art. 11. ad 4. & q. 185. art. 8. Molin. de iust. irregul. 2. disp. 140. ad fin. Lescut. lib. 2. de iust. cap. 41. nu. 29. & cap. 40. nu. 113. Na- var. de reddit. p. 1. defens. moniu II. nu. 13.

In textu, ibi, Aprutium. Aprutium est Italiz regio inter Apuliam, & Picenum; ubi multi populi; sunt in ea civitates Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpium, Aquinum, & alia.

## Ad cap. Quoniam. XIX.

### S V M M A R I V M.

- 1 Visitator, quot modis dicatur?
- 2 Papa solus dat huiusmodi administratorem, & quæ potest?
- 3 Capua urbs Italiae.

IN

**I**N textu, ibi, *Visitator*. Idest administrator, ac custos rerum cap. fin. de supplenda neglig. pralat. in 6. & intercessor cap. *Constitutum*, 7. q. 1. & custos, & oeconomicus, alibi commendatarius, cap. *Nemo*, de elect. in 6. ubi *Glossa*, verbo, *visitator*, nostrum textū citat, de quo Boer. decis. 2. nu. 29. faciunt quæ tradit *Glossa* per illum textū in cap. *Is. cui*, de elect. lib. 6. *Rebus. in praxi*, p. 1. tit. Requisita ad collationem, nu. 17. & 19.

**2** In textu, ibi, *De proventionib.* Ex quo nota, quod huiusmodi visitatori incūbit custodia bonorum Ecclesiæ vacantis, ut hīc *Glossa*, verbo, redditu, & omnis solicitude totius episcopatus in civitate, cap. *Obitum*, supra eodem cap. *Quoniam*, 12. q. 1. & solus Papa dat huiusmodi episcopatus administratorem cum plena potestate, ex qua omnia administrator potest p. inde, ac verus episcopus, & confert beneficia, quod alij administratores, vel oeconomici ab episcopis inferioribus, beneficijs vacantibus prepositi, vel à Capitulo episcopatui sede vacante conferre non possunt, cap. fin. §. fin. de supplenda neglig. pralat. propter plenitudinem potestatis, quam habet Papa in beneficijs, cap. *Priposuit*, de concessione præbend. De potestate huiusmodi visitatoris, vide in cap. *Is. cui*, 42. de elect. & in cap. *Constitutum*, 7. q. 1. Tempus huiusmodi administrationis à Papa constitutū non est: secus in alijs administratoribus constitutis ab episcopis; quibus ultra sex menses non potest commendari, cap. *Nemo*, 15. de elect. in 6. vide hīc *Prepositum*, & in cap. *Obitum*, supra eodem.

**3** Ibi, *Capuane Ecclesiae*. Capua urbs Italiae; olim totius Campanie præstantissima, quam Vulturinus amnis interfluit, camporum latitudine, in quibus sita est, ita dicta, licet *Livius* à Capij Sānitium duce dictam existimet. Habet maximā diem horarum 15. & distat ab Alexandria versus occasum hor. 13. *Ptolom. lib. 3. tab. Europa. 6.*

## DISTINCTIO. LXII.

## CAP. Nulla. I.

## SYMMARIVM.

- 1 *Consecratio episcopi facta sine consensu populi, an cassetur?*
- 2 *Præpositio, De, quid significet?*
- 3 *Pontifex an debet instituere episcopos sine consensu regum?*

**I**N textu. Ex quo videtur pbari, quod consecratio episcopi requirat populi consensum, idem textus in cap. *In nomine*, vers. Nulla. 23. dist. cap. Licet, 8. q. 1. Facta tamen sine dicto consensu non casatur consecratio, ut hīc *Glossa*, verbo, nec à plebibus. Dicitur autem populus consentire expresse, vel tacite, eo ipso quod non dissentit secundum dictam *Glossam* per cap. Si servus, supra dist. 54. & l. 2. ff. solut. missiōn. & facit reg. Quis facet de regul. iur. in 6. Sed quomodo hoc intelligatur, vide *Azor. in summ. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Terzo*, qui nostri textus meminit.

**In textu, ibi, De.** Quæ præpositio regulariter causam materialem, & immediatam significat, sicut si dicatur, *cultellus est de ferro*, causa materialis est ferrum, tradit *Bald. in l. Ex hoc iure*, nu. 14. ff. de *injustitia, & iure*, *Pavinus de potestate Capit. præludio 1. nu. 1. Paris. conf. 18. nu. 37. vol. 3. secus si iungatur loco, ut quia dicatur, Antonius de *Vlippone*, quia denotat originem, ut tradunt *Bald. & Pavin.* ubi proximè. Vnde si statutum ponat certam pœnam accusato de homicidio, non habebit locum in eo, qui mandavit cōmitti homicidium; quia dictio, *de*, significat causam propriam, & immediatam, & mandans non fuit causa proxima, & immediata, ita tenet *Bald. in l. Non dubiuui, notab. 5. & ibi *Castrens. nu. 11. & Ias. nu. 24. C. de legib. & plures alias significaciones vide per Cened. singulare 10.***

**In Glossa 1. ibi, Invito.** Igitur episcopi electi non sunt à Romano Pontifice instituendi, nisi epistolam approbationis à superiori obtinuerint. Nam & Regis interest nosse qui sint, qui Ecclesiæ intra eius provinciam sunt administraturi; ut post *Innocent. & Abbatem*, tradit *Covar. in regul. possestor. 2. p. §. 10. vers. Olim*, latè *Palatius in introductione rubr. num. 29. ante finem*, qui uterq; nostram *Glossam* sequuntur; & ante illos *Benedictus in cap. Raynuntius*, verbo, *Et uxore in nomine Adelesiam*, nu. 367. *Igneus in l. Necesario. §. Non alias*, nu. 331. ff. ad *Silenianum. Cassan. in Catalogo gloria mundi*, p. 5. considerat. 24. nu. 294.

## CAP. Docendus. II.

## SYMMARIVM.

- 1 *Vanae voces populi non sunt audienda.*
- 2 *Conatus, an, & quando puniatur non secundum effectus?*

**I**n textu, ibi, Populus non se-  
quendus. Vane enim voces populi  
non sunt audienda*l. Decu-*  
*tionum, 12. C. de penit., l. Ad bestias, 31. ff. eodem.*  
*cap. Vnusquisq; 22. q. 4. Prepositus in cap. Canones,*  
*dist. 15. nu. 5. ad med. Imol. in cap. Grave, nu. 20.*  
*de præbendis. Sunt qui opes non iudicio perpe-*  
*tuo, sed impetu conferunt Ecclesiæ, & mox re-*  
*vocare satagunt cap. Suni qui, 17. q. 4. Socrates*  
*iudicium vulgi reijcit, vulgus enim motui ce-*dit, ut ligna secuti. Imò nulli christianorū est**

*incognitum iudicium populi erga Dominum*  
*nostrum, qui primo eum exceptit, ut Regem,*  
*& acclamacionibus benedicebat. Benedictus qui*  
*venit in nomine Domini, Matth. cap. 21. & Luc. cap. 19.*  
*& paucis post diebus clamavit. Tolle, tolle, cru-*  
*cifige eum, & electione sua prætulit illi homici-*diam latronem Barabbam Matth. cap. 21. Marc.**

*cap. 15. Luc. cap. 23. Scimus, & quomodo popu-*  
*lus Elytris D. Paulum adoravit, ut Deum, &*  
*Barnabam, statim verò persuasus à Iudeis, la-*  
*pidauerit eum, & traxerit extra civitatem, ex-*  
*istimans eum iam mortuum Acto. cap. 14. & vi-*  
*de circa textum Mantua lib. 1. dialogo 20.*

**2 Ibi, Conatus.** An, & quando punia-  
tur non secuto effectu,  
sunt videndi Menoch. de arbitrar. casu 360. nu. 36.  
& seq. & cons. 101. nu. 66. Afflict. in Constit. Neapol.  
lib. 1. rubr. 11. nu. 1. Socin. reg. 31. Dueñas reg. 35.  
Mascard. conclus. 138. nu. 2. Cened. 2. p. collect. 92.  
nu. 5. Aloys. Riccius collect. 326. 766. 1867. & 1895.  
Boer. decis. 316. nu. 2. & plerunque affectus non  
punitur nisi sequatur effectus. Dueñas reg. 35.  
Thomas de Thomae in floribus legum, reg. 18. Bened.  
Ægydius in cōment ad l. Ex hoc iure, ff. de iust. & iur.  
p. 1. cap. 7. nu. 32. Franc. Galet. in margarita casuum  
conscientie, verbo, affectus, Brunus à Sole in locis cō-  
muniib. eodem verbo. Farinac. in praxi crimin. part. 1.  
q. 17. num. 49. Cardin. Fuscus tom. 2. littera C, con-  
clus. 544. Si queras quænam sint atrocissima  
delicta, in quibus puniatur conatus nullo secu-  
to effectu? Respondent plerunque Doctores,  
esse erimen læse Maiestatis, simoniæ, assasinij,  
veneficij, & crimen quod cōmittit ille, qui  
alium veneno vult interficere. Vnum tamen  
est notandum, quod licet in atrocissimis deli-  
ctis puniatur conatus, non secuto effectu, secū-  
dum Bart. Bald. Hyppol. & DD. in l. Is, qui cum telo,  
C. ad l. Cornel. de sciar. Felin. in tractat. quando cona-  
tus punitur; non tamen punitur eādem pœna;  
tradunt Grāmat. voto 8. nu. 9. & voto 9. nu. 8. &  
decis 11. & 74. Marsil. in l. Vnicā. nu. 224. C. de raptor.  
virgin. & vide Afflict. decis. 21. & 276. fallit textus,  
quando pœna infligitur contra attentantem, ut  
textus hic. quia quando aliqua prohibentur  
tentari; quicumq; conatus sufficit ad inciden-  
dum in censuram Sedis Apostolicæ, ut ait Archid. in  
presenti, & vide latissimè Tusch. tom. 2. in

principio, conclus. 544. & seqq. & cap. Pto huma-  
ni, de homicidio, in 6.

### CAP. Nullus. III.

#### SUMMARY.

- 1 Episcopus qui non est legitimè electus,  
an possit consecrari?
- 2 Diclo, nullus, quid significet?

**I**n textu. Collige ex textu, quod epis-  
copus, qui non est legitimè  
electus, non potest consecrari, idem Gloß.  
in cap. Si qui, & cap. Ordines, 1. q. 1. & Archidi-  
clic, Bertach, in tract. de episcop. 2. p. 3. p. lib. 3. nu. 2.  
Imò consecratio non valet, quādo electio fuit  
invalida. Ioann. Andr. in cap. Licet, de transl. episcop.  
& Bald. in cap. 1. in fin. de his, qui send. dare pos.  
in hisib; feudorum, quos ad hoc refert, & sequitur  
Bertach. de episcop. lib. 3. in 4. p. 3. part. iii. de  
causa finali, de effectu consecrationis episcopi, num. 6.  
fol. 158. in vol. 2. tract. in antiqua impressione, & in  
novissima, vol. 13. p. 2. fol. 323. sed male eos intel-  
ligit, & peius citat.

**In textu, ibi, Nullus.** Quæ dictio  
est universali negativa, & omnia excludit Bart. cons. 47.  
Puccinus in principio, lib. 2. quem sequitur Tus.  
tom. 2. littera D. conclus. 316. Abb. in cap. Cum ad  
nostram, 37. nu. 5. per illum textum, de elect. Gem.  
in cap. Mulieres, nu. 18. de iudicijs, lib. 6. Tiraq. in l. Si  
unquam, verbo, revertatur, nu. 93. & seqq. & nu.  
229. & 243. Aliquando non est universalis ne-  
gativa. Abb. in cap. ult. nu. 35. de præscriptionibus,  
textum in cap. Abbas, iuncto cap. Non solum, §. Præta-  
libus, 18. q. 2. ubi ille textus non obstante dictio-  
ne, nulla, non excludit præscriptionem longis-  
simam. Tiraq. de retractu conventionali, §. 1. Gloß. 2.  
nu. 12. alia tradit. Cived. singulari 67.

### DISTINCTIO. LXIII.

#### I. N. S U M M A.

- 1 Fundatores Ecclesiæ omnes efficiuntur  
patroni.

**A**d Glossam in summa,  
verbo, Laici, ad finem.

Collige ex illa, quod licet fundato-  
res Ecclesiæ æqualiter non contribuerint ad  
dotationem ipsius, attamen omnes efficiuntur  
patroni,

patroni, & ita est patronus ille, qui dedit modicum, sicut ille, qui dedit multum, de quo vide Abb. in cap. 3. de ecclesijs adiscandis namur. 4. ubi hanc Glossam appellat bonam, cum quo illam limitabis, & ibi vide additionem littera A. Rochu de iure patronatus verbo, ecclesiam fundavit quast. 3. & verbo, construxit quastione 2. & verbo, dotavit quast. 11. num. 19.

### CAP. Nullus. I.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Laici electioni cum Canonicis interesse prohibentur, etiamsi sint Reges.
- 2 Canonician possint separatim consentire in actibus capituli?
- 3 Ecclesia vocatur congregatio fidelium, ecclesia malignantium, quae dicatur?

**I**N textu. Collige ex textu quod laici electioni cum canonicis interesse prohibentur, idem textus in cap. Massana de electione, & Extravag. Debent, Bonifacij. 8. inter communes de officio ordinar. citati per Henr. Boteum de Synodo Episcopi 2. part. num. 34. in 2. vol. tract. Laicus namq; etiamsi sit patronus, non potest ex consuetudine ius interessandi in electione prelati sibi vendicare; Selva de beneficijs 2 part. quastione 23. num. 30. vol. 15. tractat. nisi ex privilegio, ut ait Petrus à Baxio. in directorio electionum 1. part. cap. 1. num. 4. in fine, & num. 5. in vol. 14. tractat. fol. 64. Sic non debet laici electioni Pontificum se inserere, etiamsi Reges sint, idque sub anathemate prohibetur; de quo videbis latissime Baronium tom. 10. Annalium anno Christi 869. numer. 52. ad finem, & 53. cum sequentibus, qui textum refert late Castaldus de Imperatore quastione 99. & 109.

**2 In Glossa 1. ibi, Separatim.**  
Docet Glossa Canonicos non posse separatim in actibus Capituli consentire, quia liberiūs, & maturius fit deliberatio per congregatos; quam opinionem docet Innocent; Berous, & Abb. in cap. in Genesi de electione Bart. in 1. omnes populi vers. 3. quartus, scilicet de iustitia, & iure, quos, & alios refert, & late comprobatur Felinus in cap. cum omnes numer. 24. de constitutionibus, qui nosse Glossae meminimus, & vide ibi additionem littera B.

**3 In Glossa verbo, Ecclesia, ibi, Quandoq; vocatur congregatio**

fidelium. Idem Numer. capit. 20. vers. 4. & Regu 1. cap. 17. vers. 47. & 3. Regum cap. 8. vers. 14. Verum ecclesia malignum, & congregatio malorum conventicula in iure nominantur, quae prohibentur i. conuenientia 15. Cod. de Episcopis, & cler. 1. 3. Cod. de bates. Psal. 25. vers. 5. Vnde est ecclesia malorum, & ecclesia Dei, Actorum cap. 20. 11. ad Timotheum, cap. 3. vers. 9. Matthai cap. 16. vers. 18. cap. Sed, & illud 27 quast. 2. cap. legitimus 93. dist. cap. in novo, & cap. quamvis 21. dist. & factos sancta 27. dist. Quae est una, cap. 1. §. Una de summa Trinit. cap. scire debes 7. q. 1. cap. pudenda cap. se bisma 24. q. 1. & Catholica, cap. palam, 11. dist. caput eius est Christus ad Ephes. 6. 4. vers. 22. cap. 5. vers. 23. & 1. ad Corinib. cap. 12. vers. 27. cap. 1. §. Sed ubi de sauro. nunc. cap. Romani de iure tur. & illa corpus Domini dicitur 1. Corin. cap. 12. vers. 12. & 27. Vnum ovile, & unus pastor. Ioann. cap. 10. vers. 16. & illius universalis pastor, cap. quicumque cap. alienus 24. quastione 1. cap. Ecclesie paradiso 45. de consecratione dist. 4. Ade posita ad cap. ult. infra dist. 81.

### CAP. Adrianus. II.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Bibliothecanus est, qui scripta habet recondita.
- 2 Antiqua electio summorum Pontificum.
- 3 Ely Imperatorum dicuntur etiam Augusti.
- 4 Laicus potest ad electionem invitari.

**I**N textu, ibi, Bibliothecanus. 1  
Id est libroru de positarius, qui scripta, & negotiorum gesta, pro exemplaribus apud se habet recondita, ut hic Archid. & locus, ubi reponuntur, vocatur archivum, seu archivus, vel chartophilacium Glossa verbo, chartophilacio in cap. 1. de probat. Cened 2 part. collectan. 167. num. 4. Stephan. Quaranta in summa bullarum, verbo, archivus, alibi dicitur gazophilacium, alibi phylacteria scribarum, alibi enchoridion Glossa in superscript. cap. sane de pene distincione 3. cap. oblationes 90. distinctiones.

**In textu, Ad medium, ibi, 2  
Neminem laicoru Principum.**  
Non possunt igitur Reges semet inserere electioni, vel promotioni episcoporum, ut notavimus supra cap. 1. & ex nostro textu, notavimus

Prepositus in cap. Canonice num. 2. post medium, super dist. 15. elegantem Baranini tom. 10. Annalium anno Christi 869. num. 152. & sequentibus vers. promotiones, ubi verba nostri textus refert, & -dantiqua electione summorum Pontificum, vide omnino Bursatum conf. 226. qui latè agit -qua forma per 256. annos à nato Christo creationes Pontificum, electiones episcoporum, & beneficiorum inferiorum collationes sunt progressæ, & vide ad quod adducat nostrum textum azor. part. 2. inst. moral. lib. 5. cap. 16. vers. Hinc factum est.

### 3 In Glossa verbo, Augustos.

Docet *Glossa* quod filii Imperatorum dicuntur etiam Augusti, sic appellantur Reges, filii Regis l. 2. §. exadus. ss. de origine iuris: ubi Jurisconsultus dicit exactos Reges numero multitudinis, cum unus tatum Rex esset scilicet Traquinus, & ita verba d. l. 2. intelligit Zozius, & post eum Cagnolus, quos refert, & sequitur. Tiraq. in l. si unquam in prefatione num. 21. quod plane affert *Glossa* in cap. ult. 22. quest. 1. ex eo textu qui Regem vocat quempiam filium Regis. Idem Tiraq de iure primogen. questione 33. num. 5. & utroque nostræ *Glossæ* meminit, Antonius Gomez tom. 1. cap. 1. num. 5.

### 4 In Glossa verbo, Invitatur.

Nota ex *Glossa*, quod laicus & si interesse non debeat electioni, ut in cap. 1. supra diximus, potest tamē ad eam invitari, ut ibi ait Archid. num. 1. & vide Felin. num. 8. in cap. Apostolica de exceptis qui nostræ *Glossæ* meminit.

## CAP. Valentinianus. III.

### S V M M A R I V M.

- 1 Valentinianus Imperium adeptus anno Domini. 369.
- 2 Principibus, & laicis quare prohibetur ne huiusmodi electionibus se immisceant? & an eorum legibus tenantur clerici.
- 3 Imperator an possit excommunicari à quocumque episcopo, cui subsit, & n. 4.
- 5 Eligens indignum quomodo puniatur?
- 6 Imperator non debet habere ordines sacros.

**I**N textu. Principum autoritatem in electionibus prælatorum, & personarum ecclesiasticarum non intervenisse primis Christianorum temporibus, non

est in dubium revocandum; cum nec christiani illi essent, vel si essent, fidem profiteri vellent, & potius persequerentur Christianos, quam eis consultum vellent; fuerunt, & p. ij Imperatores, qui consulto etiam tantum onus deposuerint, & reliquerint ecclesiasticis personis. Valentinianus qui Imperium adeptus est circa annum Domini 369. noluit de electione episcoporum cognoscere, sed ad alios episcopos munus relegavit, qui cognoscerent qualis esset ex sacra pagina eligendus, ut habeatur, lib. 7. historia tripartita cap. 8. ex quo textus iste fuit desumptus, & vide Concil. Trident. sess. 25. de reformatione, c. 17. in fine, & c. 20. in fine latissime Castaldus de Imperatore quest. 100.

Communis ratio prohibitionis factæ Principibus, & laicis, ne electionibus se immisceant, sumi potest ex eo, quod omnibus interdicta sit de rebus ecclesiæ disponendi, vel statuendi facultas cap. non placuit. 23. cap. laicus 24. & sequentibus. cap. Si quis Principum 16. quest. 7. cap. bene quidem 96. dist. etiam si infavorem ecclesiæ aliquid agant statuendo, idque propter defectum potestatis, cap. ecclesia 10. de constit. Azor. inst. mor. part. 1. lib. 2. cap. 6. quest. 4. & part. 2. lib. 10. cap. 7. quest. 9. Caldas Per. de nominat. imph. quest. 16. num. 28. Sanchez tom. 2. Decal. lib. 7. cap. 9. num. 4. Surd. conf. 301. num. 9. Soat. de legib. lib. 3. cap. 34. Illud tamen uberioris doctrinæ gratia adnotandum est, laicorum leges, & statuta, quando aliquid simpliciter disponunt, ne que iuri Canonicæ contradicunt, si debitam habeant honestatem, saltem vi directiva ligare personas ecclesiasticas. Ita Tiraquel. de retenti. lig. §. 1. Glos. 13. num. 4. Cotta in memorab. verbis. Clerici ligantur. Matienso l. 7. Glos. 2. num. 17 tit. 11. & l. 1. Glosa 1. num. 2. tit. 25. lib. 5. nove recopil. Mexia in tract. taxa panis concl. 5. num. 3. Hieron. Pottoles in tract. de consoribus, & fideicom. legalibus cap. 31. num. 3. Exemplum fit. Quando iusta reti pretia à laicis taxantur, tunc si clerici suū frumentum, vel alias res venales velint expone, obligantur laicorum statutis pretia taxantibus. Navar. in Man. cap. 23. num. 88. Bann. 2. 2. quæst. 67. art. 1. dub. 2. Sot. lib. 1. de iust. quest. 6. art. 7. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 28. &c alij apud Suas. supra citatum. Sayr. in clavi regia part. 1. lib. 3. cap. 4. numer. 16. Vasquez de leg. disput. 167. capit. 4. Ratio vero ob quam laici prohibentur aliquid circa clericos statuere est, ne inordinata fiat confusio, vel contentio cap. 1. super hac dist. Ordo namque confunditur, si sua iurisdictio cuique non servatur, cap. 29. pervenit. 11. questione 1. extat in constitut. Apostolicis D. Clementis c. 31. & 35. Nota est historia vindictæ Dathan. & Abiron. & assclarum ob usurpatam potestatem contra Moysen, eo quod voluerint, ut ille, divina tractare, Numer. cap. 16. Ecclesiast. cap. 45. vers. 22. & docet nos exemplum Ozæ, qui quando

quando reduceretur arca Domini, manum ad arcum extendit, & tenuit eam, quoniam calcitraverant boves, qui ea ducebant, & declinaverant eam, iratusque est Dominus super temeritate, & percussit eum, & mortuus est ibi iuxta arcum 2. Regum cap. 6. vers. 6. & 1. Paulipom. capit. 13. vers. 9. non enim erat Leuitica vita.

**In textu, ibi, Eius monita suscipiamus.** Igitur Reges, & alij Principes etiam Imperatores, iure communni attento, nullum habent exemptionis privilegium quominus ab episcopis excommunicari possint, cap. Duo sunt. 96. dist. ubi beatus Ambrosius Theodosium Imperatorem excōmunicans, ab ecclesia exclusit, quousque pœnitentiam egit, de qua in cap. cum apud Tesaloniam 11. quæstione 3. & Valentianus Imperator in præsenti episcopum postulabat, cui ipse, & alij Principes capita sua submittere, unde etiam Principes tam maioris ordinis, quam etiam inferioris, episcopis non obedientes, à consortio fidelium, & à liminibus sanctæ Dei ecclesie alienos fieri probat textus in cap. si autem 11. quæst. 3. & denique Reges, eorumque filios excommunicari posse, nisi speciale habeant privilegium, probat textus in cap. ne aliqui de privilegijs lib. 6. Ex quibus, atque alijs hanc regulam affirmativam constituit Glossa, verbo, excommunicavit in d. cap. duo sunt, recepta communiter ex Dueñas regula 378. ampliatione prima, & post Mandozum eleganter comprobavit Vgolinus de censaris tabula 1. cap. 17. §. 1. & cap. 2. §. 12. num. 5. Castaldus de Imperatore quæstione 50. num. 24. & sequentibus, & quæstione 65. num. 7.

4 Contraria tamen opinio quod Reges, & Imperatores ab ordinariorum potestate excepti sunt, & à solo Papa excommunicari possunt, post D. Antoninum, & Sylvestri. notat Henriquez in summa lib. 13. cap. 25. §. 5. & securè tradit Emmanuel de Saas in Aphorismis, verbo, excommunicatio, num. 15. Graffi in aureis decisionibus lib. 4. c. 6. num. 11. vers. 7. fundatum est, quia statuto, vel sententia quantumcumque generali Ordinariorum, & Episcoporum non possunt ligari exempti à potestate ipsorum, ut probat textus, in cap. 1. §. in eos, de privilegijs lib. 6. textus notabilis, in cap. 1. vers. Ex parte de concessione praebendæ, eodem lib. cum similibus, quæ latè exemplificat Vgolinus de censur. daabul. 1. cap. 17. §. 6. à numer. 5. Graffi d. cap. 6. num. 2. loc. ob oīsib; heup. mon.

**In Glossa verbo, Super vos.** Eligens indignū quomodo puniatur, Rebūf. in præxi p. 1. titul. Pœna contra collatores num. 10. & sequentibus. Cened. 2. par. collect. 56. num. 6. & Gonçal. ad regul. 8. Cancell. Glossa 4. à num. 5. 1. & sequentibus. Covar. in regul. peccatum 2. part. §. 7. numer. 2.

Salzed. in præct. cap. 21. & novissimè Vincentius Filliarius in summa tomo 2. tract. 32. cap. 7. num. 186. & 187. & quod eleganter congerit Palatinus in repetitione cap. notabilis. 3. §. 26. num. 11. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. numer. 2. qui nostri textus minimere. Tiraquel. limit. 1. numer. 32. §. Hoc sermone. Bell. comb. tomo 1. commun. opinionum lib. 1. tit. 5. num. 22. pag. 171. Molina de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 38. Caldas Per. de potest. elig. cap. 1. nu. 60. cum quibus dic, eligentes scienter indignum, privari ipso iure electione, & ius eligendi amittere, & similiter patroni ecclesiastici, qui dicuntur elegere, privantur jure præsentandi. Aloys. Ricc. in collecta. 1026. & in præxi aurea resolut. 441. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 19. num. 15. Episcopos peccantes in collatione beneficiorum esse excommunicatos excommunicatione Papali, ait idem Vincentius Filliarius tom. 1. tract. 15. de censuris cap. 9. num. 201. vers. Dico 2.

**In Glossa ultima.** Ait Glossa quosdā dixisse, quod Im-

perator debebat habere ordinem subdiacona-  
lem, quos merito Glossa reprehendit, se-  
quuntur speculator in tit. de legibus §. Nunc ostendē-  
dendum vers. 29. Bald. Abb. & alij, quos refert, &  
comprobavit Decian. in præct. criminali lib. 4. cap. 9.  
num. 4. vers. Quia respondet. Rationale divinorum  
officiorum lib. 2. cap. 8. nn. 6.

#### CAP. PÒRTO. IV.

#### S V M M A R I V M.

1 Episcopus est eligendus auctoritate Apo-  
stolica, non Regio favore.

2 Electiva dignitas non vacat in Cu-  
ria Romana, quod limitabis.

**In textu.** Nota quod Episcopus est eli-  
gendus auctoritate Aposto-  
lica, non Regio favore secundum Archid.  
bic num. 11. & cap. quod quidam 1. quæst. 1. &  
cap. Si quis autem in Glossa nunt. 1. quæst. 6. electio  
enim facta per secularis potestatis abusum, est  
ipso iure nulla cap. 39. Hinc est 16. quæst. 1. &  
habetur in Nicena synodo 7. sub Adriano, 1. anno Do-  
mini. 790. cap. Si quis episcopus 16. quæst. 7. Anselm.  
lib. 6. cap. 8. Anton. de Roset de potestate Imperat. n. 48.  
pol. 1. 4. tract. fol. 333. in antiqua impressione & Petrus  
à Biazio in Directorio electionum. t. p. cap. 10. nu. 1. fol.  
64. eodem vol. 14. & est excommunicandus talis  
electus, ut hic cap. 5. cum Glossa, verbo, recipi, &  
cap. præterea de iure patron. & fit ineligibilis cap.  
quisquis de elect. & Petrus à Biazio ubi supra 2. part.  
cap. 1. §. num. 10.

In textu,

**2** In textu, ibi, Trevirensi. Licet enim dignitates electivæ nō vacent hodie in Curia Romana, nec in eis locum habeant reservationes, *textus in pragmatica titulo de reservationib.* cap. 1. & ibi *Glossa cap. 2. §. statuit. de electione,* qui *textus videtur decidere hanc questionem, dū dicit, ut electio in dictis ecclesijs sine impedimento, aut obstatulo omnino fiant, quæ verba imponere videntur, quod eligere debentes possint absque aliquo ad electionem procedere.* Hoc tamen fallit in ecclesia Trevirensi, Coloniensi, & Ravennatensi, in quibus electio solum spectat ad Papam, & ita intelligit nostrum *textum Glossa, hic verbo, Eligi quā sequitur post alios Boetius decis. 2. nu. 4.*

### C A P. Super ordinationem. V.

#### S V M M A R I V M.

- 1** Concilium Parisiense I. quando celebratum?
- 2** Paschalis Papa coactus concessit Imperatori investituras Episcoporum.
- 3** Celestinus tertius reprobavit consuetudinem, quod electio de voluntate secularis fiat.

M N I A N M M V 2

**I**n superscriptione, ibi, In Cōcilio Parisiensi I. Celebratum anno Domini 560. sub Regno I. Justiniano Imperatore ut tradit *Pardula in epitome Conciliorum* fol. 33. Sed melius Baronius tom. 7. annalium docet fuisse celebratum anno Christi 559. Pontifice Ioanne I. in quo Cōcilio sanctissimi Gallicarum Episcopi insurgentis adversus Regios ministros, qui in res ecclesiarum manu iniiciebant quotquot id facere auderent, anathematice feriendos esse sanxerunt, non in angulo, Regum timore synodus coegerunt, sed Parisijs, ubi Rex ipse degerē conseruit. Preearat tunc ecclesia Parisiensi sanctus Germanus, quem æstuante zelo ecclesiastice discipline authorem fuisse eiusmodi congregandi Cōcilij Baronius autumat. Interfuerunt Episcopi quindecim, statueruntq; Canones novem. tantum numero, sed virtute pollentes, quibus Regum, eorumque ministro. quin sibi minimū lumentum, temeritatem represserunt.

**2** In textu, ibi, Ordinatione Regia.

Quia non recipitur, qui Regia ordinatione Episcopale culmen est adeptus, propter quæ Pontifices multa mala, & afflictiones sustinuerūt. Papa namque Paschalis secundus cum Cardinalibus ab Henrico V. est in carcere detenus, anno Domini 1100. ubi multis est affectus injurij, teste *Antonio specul. historialis 2. part. iii. 17. cap. 1. in principio,* ita ut coactus sit Papa Imperatori concedere investituras episcoporum, ut à carcere liberaretur! Quam tamen concessione poslea congregato Concilio Lateranensi, 100. episcoporum anno Domini 1112. tanquam per vim impetratam revocavit, anathematizato, excommunicato, & à gremio ecclesie separato Henrico V. ut tradit *Martinus Pollonus in vita Paschalis 2.* & facit *cap. si quis clericus 16. in duobus sequentibus 16. quæst. 7.* Nicolaus II. qui sedem adeptus anno 1059. & statuit in Concilio Lateranensi summum Pontificem nō esse nisi a Cardinalibus eligendum *cap. in nomine Domini 23. dist. Alexander II.* ejus successor anno 1063. re ipsa confirmavit, *cap. Prater hoc 23. dist. 3.* & insuper statuit ne quis ab ullo laico beneficia ecclesiastica acciperet, *cap. per laicos 16. quæst. 7.* Ceterū anno Domini 1073. electus à Cardinalibus, & ordinatus in summum Pontificem Gregorius VII. statim admonuit Henricum IV. Imperatorem, ne deinceps largitione corruptus episcopus, vel beneficia per simoniacā cupiditatem alicui committeret aliter se usum in illum, & delinquentes censuris ecclesiasticis, quod cum contemneret Imperator, primum provisos, nō avit censuris, & ipsum Imperatorem contumacem, ut ait *Platinus in vita Antoninus in 2. part. historia summi cap. 1. §. 21.* Crescenteque potestate, in summum Pontificem Imperatoris iterum Concilium Romanum Episcoporum 1106. collectum anno Domini 1076. & ibi anathemate notati Gilbertus Ravennatus Archiepiscopus, Hugo Cardinalis, & ipse Imperator, omnesq; simoniaci, & quæ à laicis recipierent investituras, sive scribunt *Vincent. in speculo hist. lib. 26. cap. 82.* Orantius lib. 5. historia Saxoniae cap. 6. *Platinus, &c. alijs.* Tandem alio Concilio ipsum Imperatorem imperio privavit, ut narrant predicti Authores. Summo namque Pontifici omnes Principes mundi subiecti sunt, ex citatis per Cened. 12. part. collecta 167. num. 1. Celestinus III. qui adeps. sedem anno 1191. reprobavit consuetudinem, quod electio de voluntate secularis pontificis fiat in *cap. cum terra 14. de elec.* & idem Gregorius IX. creatus Pontifex anno Domini 1227. in *cap. Sacrosancta sp. de elec. & intrap. Massana 56.* eodem tempore in quo emendata est constitutio Clementis III. qui creatus Pontifex anno 1188. quæ est in *cap. nobis fuit 25. de iure patrum.* & *25. 2. aug. 2. missus, lugduni.*

C A P.

## CAP. Non est. VI.

## SUMMARY.

**¶** *Populus non debet eligere episcopum?*

**I**N textu. Statuit Concilium Laodiceense non debere à populo, episcopum eligi, nec ipsius intemperantē cupiditatem, nulla probitatis ratione habita, debet clerus sequi, ut benè advertit *Bursatus* lib. 2. conf. 126. num. 10. qui nostri textus meminit, licet Pontifices, ut fides christiana augeretur, quandoque antea tolerassent, ut plebis arbitratu episcopos clerus eligeret. cap. 1. supra distinctione 62 cap. plebs 11. *infra hac eadem distinct.* advertit *Bursatus* d. nu. 10. Adde posita ad cap. non licet *infra hac distinct.*

## CAP. Omnis. VII.

## SUMMARY.

**¶** *An Reges habeant ius conferendi beneficia, vel dignitatem ecclesiasticam?*

**I**N textu. Collige ex illo irritam esse electionem presbyteri, vel diaconi à principibus factam: ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt pertinere, non ad sacerduli potestates, quia nullus de manu laici beneficium, vel dignitatem ecclesiasticam, nec Episcopatum, Abbatiam, vel aliam ecclesiam capere potest, cap. si quis §. fin. cum multis sequentibus 16. q. 7. & de poena clericorum recipientium episcopatus, vel alia beneficia ecclesiastica de manu Principum; Vide *Anton.* *Sicut in tract. de potestate Regia* quest. 55. Quod tamen limita nisi à sede Apostolica Principes sint privilegiati, ut possint conferre, vel eligere, cap. *dilectus de prabendis* cap. cum inter, de consuetudine *Glossa* in cap. *Imperium* dist. 10. & in samma 16. q. 7. de utroq; vide latè *Castald.* de *Imperatore* q. 100. *Baron* tom. 9. annal. anno Christi 787. nu. 48. ubi integrè originale refert, & ait dignum esse quod Regum omnium domus foribus inscribatur. Fuit hæc synodus celebrata anno Adriani Pontificis 16. Constantini, & Irenes Imperatorum anno 8.

HAD

## CAP. Non licet. VIII.

## SUMMARY.

**¶** *Non elegantur à populo, qui sunt promovendi ad clerum.*

**I**N textu. Docet Martinus Pontifex non posse eligi à populo, qui sunt promovendi ad clerum, de quo vide posita ad cap. non est, supra eodem. *Gregorius Lopez* partit. 1. titul. 19. l. ult. *Glossa* 10. cap. præterea 4. de iure patronatus, & ibidem *Abb. nu.* 11. *Zabarel.* quest. 2. *Selva de benef.* 3. part. quæstione 4. *Paris.* conf. 44. vol. 4. *Lambertin.* de iure patronat. lib. 2. 3. part. quæst. 1. art. 12. & 14. *Cassidorus* decis. 35. ad regul. cancellariae *Covar.* in cap. *Tua nobis* 17. numer. 8. de testamentis. *Porro de Martino* vide quæ scripsimus ad cap. si quis distinctiones 24. & ad cap. 1. distinctione 27.

## CAP. Quia. IX.

## SUMMARY.

- ¶** *Laici ratione privilegij possunt, & debent interesse nō ad eligendum, sed ad consentiendum.*
- 2** *Laici si ex causa vocantur ad electionem cessante causa non debent vocari.*
- 3** *Dicitio quia quid importet?*
- 4** *Metropolitanus recipiens pallium certetur confirmatus.*

**I**N textu. Laici ratione privilegij possunt, & debent interesse electioni, non ad eligendum, sed ad consentiendum, ut hic textus in superscriptione, & *Petrus à Baxio* in direct. electionum 1. part. cap. 10. num. 5. *Selva de benef.* 1. part. quest. 7. numer. 25. & 26. in vol. 15. tract. fol. 26. impressione antiqua. Cæterum omnes istos Canones, qui dicunt laicos vocari ad electionem intelligit *Hugo de patro* nis cap. *Abbatem* 18. q. 2. *Glossa*, verbo, *Principis in c.* *Reatina* 16. *infra eodem*, & vide cap. *nobis* 25. de iure patron, vel erant vocandi ad tēpus ex causa, ut *Archid.* hic, videlicet propter schismata, quæ tunc erant, & propter frequentes hostes Longobardos, & Græcos, qui ecclesiam Romanā quotidie vexabant, ut p̄s *Cardinal.* *Alban.* in tract.

erat de potestate Papa 2. part. num. 214. tom. 13. Azor  
tom. 2. lib. 4. cap. 2. quast. 3.

**2** Vnde cessante causa non sunt vocandi, cap.  
quod pro remedio 1. quast. 7. Glossa, verbo, affici, in  
cap. In synodo 23. infra codem: maximè quia hæc  
privilegia fuerunt revocata, ut in dicta Glossa,  
& Bellarm. de Romano Pontif. tom. 1. lib. 2. capit. 29.  
vers. Ad sextum, Ioannes Francisc. Leo in suo Thesau-  
ro fori ecclesiast. 1. par. cap. 10. num. 8. & nostrum  
textum notat Azor in summa morali part. 2. lib. 3.  
cap. 28. vers. 3. queritur ad hoc, quod clerici olim  
elizebant episcopos, populus vero nominabat,  
& principis requirebatur assensus.

**3** In principio textus, ibi, Quia.  
Quæ dictio importat pro certo, & constanti, ut  
declarat Bart. in l. demonstratio, §. Quod autem nu-  
6. & num. 8 ff. de condit, & demonstrat, sequitur, ibi  
Socin. num. 3. vers. Nota; Declara nisi apponatur  
iuncta verbis dubitativis, putà quia dubito de hoc,  
tibi lego, tunc importat conditionem ex Bart.  
ubi proximè num. 11. Aliquando dictio, quia  
importat idem, quod dictio cum, vel quando, Ap-  
pel. cons. 393. si bene inspiicitur numer. 2. vers. Nec  
obstat; sequitur Tuschus tom. 2. littera D. conclusione  
352. Ioannes Petrus Binius consil. 150. num. 60. vol. 2.  
Decian. consil. 17. num. 16. vol. 1.

**4** In Glossa verbo, Consentimus  
ad fin. Nota quod eo ipso quod Metropoli-  
tanus recipit pallium à Papa, intelli-  
gitur confirmatus ab ipso. Sed an Metropoli-  
tanus possit administrare ante pallium recep-  
tum? Dic quod sic; tamen intra tres menses  
post electionem ex cap. suffraganeis 11. de electione  
Glossa 2. in cap. 1. 100. dist. ubi vide posita, & vi-  
de cap. 1. capit. 2. cap. ad honorem cap. ex tuarum, &  
toto titul. de authorit. & usurpallij, & cap. quod sicut  
28. §. super eo ad fin. de electione. Azor insinut. mo-  
tal. part. 2. lib. 3. cap. 34. §. Quinto queritur.

### CAP. Quanto. X.

#### S V M M A R I V M.

**1** Azor, & Abbas nostri textus memi-  
nere.

**2** Subscriptio quid sit?

**3** Electio secunda non valeat, prima non  
cassata.

**4** Electus an habeat ius in re?

**1** In textu. Cuius meminit Azor in summa  
moralis part. 2. lib. 3. cap. 28. vers.

Tertio queritur post med. Abb. in cap. 2. in fine de  
novi operis nunciacione.

**Ibi , Subscripta.** Subscriptio quid  
sit, vide Berthachin.  
lib. 3. de episcop. 1. part. num. 19. in 2. vol. tract. in anti-  
qua impressione, & in nova tom. 3. part. 2. subscribes  
enim non obligatur, quando subscribit utte-  
stis, vel ut notarius, secus si tanquam pars prin-  
cipalis, l. Caius. ff. de pignorat. actione l. fideiussor. §. Pa-  
ter, & ibi Bart. de pignoribus l. empior. §. Lucius, &  
ibi Castrensis, ff. de pacis. subscriptio facta à po-  
pulis obsecisis in charta alba sibi transmissa ab  
obsecidente, qui postea scribit capitula, & pacta  
quæ vult, non obligat populos, quia in ea ces-  
sat verus consensus; ita docet Ioannes de Prato  
l. si procuratorem absentem, & ibi Angel. ff. de pro-  
curatoribus, pro ut illos refert, & sequitur Bel-  
thachinus d. num. 19. vers. Accedit.

**In Glossa verbo, Relatio.** Nota  
exis-  
ta Glossa quod licet in electione non possit va-  
riari, & etiam si prima electio sit nulla, no-  
valeat secunda; prima non cassata, cap. constitutus,  
& ibi DD. de appellat. cap. consideravimus, cap. con-  
gregato, & cap. auditis de elect. ubi Glossa dicit ve-  
rum, si una post aliam ex intervallo, facta est,  
& de effectu primæ dubitatur. Si tamē prima  
est evidenter nulla, potest fieri secunda, ut quia  
est facta ab excommunicatis, suspensis, vel no-  
vocatis vocandis à minore parte capituli, vel  
quia electus est ineligibilis, quia tunc prima  
non impedit secundam, iuxta dictam Glossam,  
& ibi per DD. & Glossam in d. cap. Congregatio &  
Bald. in Margarita, verbo, electio vers. 8. & si in  
continenti factæ sunt duæ electiones, habet  
locum collatio numeri, zeli, & meriti, secun-  
dum d. Glossam in cap. auditis, & ibi, DD.

**In eadem Glossa, post princi-  
pium vers. Sed tu dicas.** Ergo per  
electionē  
habet quis ius in re. Sequitur Abb. in cap. Sacra-  
sancta num. 4. de electione, & in cap. nobis num. 4. de  
sure patronat. Alij autem volunt solum acqui-  
tere ius ad rem, de quo vide multa per Felic. in  
cap. cum Bertholdus nu. 2, & 3. de re iudicata, & vide  
Suar. de religione tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 20. n. 7.  
Latissimè Petes lib. 1. ordinamenti tit. 6. l. 2. fol. 154.  
vers. versatur etiam ubi in vers. His tamen, nostre  
Glossæ meminit. Lancellot. Conradus in ieplo omnī  
iudicatum lib. 2. cap. 5. §. 1. vers. Quomodo in principio, &  
vers. facta elect. in principio, Azeved cons. 14. num. 7.  
Adde posita ad cap. placuit dist. 72.

CAP.

## CAP. Plebs. XI.

## SUMMARY.

1. Fletus est prima vox, quam emittit homo; litibus, & querelis manet expostus.
2. Superior cogit subditos sua conservare, honeste vivere, alterum non laedere, ius cuique tribueri.
3. Citatio debet fieri ad electionem; & quis possit contradicere.

**I**N textu, ibi, Flevit. Prima vox, quam emitit homo natus, est fletus, quo se natū esse etiam conqueritur, & à supplicijs vitam auspicatur, ut prosequitur. Plinius in proemio lib. 7. quasi illæ lacrymæ in ipso vitæ limine editæ, sint futuri laboris divinatrices, & auguratrixes. Quod pulchrè expressit D. Augustin. lib. 21. de civit. cap. 14. Que quidem, inquit, infantias, quod non à risu, sed à steu orditur hanc lucem, quid malorum ingressa sit, nesciens prophetat quodammodo. Neque minus veniente Tertul. lib. de anima cap. 19. Mentior, inquit si non statim infans, ut vitam vagitu salutavit, hoc ipsum testatur sensisse, atque intellexisse quod natus est. Imo idem Tertul. observavit, pueros vagientes suum incipere fletū per litteram A. puellas verò per litteram E. quasi illi in Adamum suas iacent querimonias, hæ verò in Eram, tanquam in caput, & originem totius calamitatis, quam nascendo lacrymis prosequuntur, & omnes incipientis vitæ aruntas non cantibus, sed vagitibus excipiunt. Petrus Comestor in sua historia scholastica caput. 18. in lib. Genes. Masculus, inquit, recenter natus usando dicit A. mulier verò E. & quidem hominibus adeo naturale est, vitam lacrymis exorditi, ut magni portenti loco habeatur, unum Zoroastrem Bractianorum Regem in nativitate risisse, ut, auctor est D. August. lib. 21. cap. 14. de civit. & Plin. natur. histor. lib. 7. cap. 16. Omnia querelis, & contentionibus videntur exposita, litibus obnoxia, vel invidia, vel malitia, vel aviditate hominum, vel superbia, & libidine dominandi potissimum. Sathan lapsus ob peccatum à beatitudine, lites inter hominem, & Deum suscitavit Genes. cap. 3. deinceps, & à gradu, & sede paradiisi deiectus homo, iensit in se ipso repugnantem legem carnis, & salutis, seu mentis bonæ, ad Romanos cap. 7. vers. 23. secumq; & cum alijs sive speciei progenitis, capit dissidente, quomodo vero poterit homo cum alijs

pacificè vivere: qui secum pacificè non degit parumque esset adhuc dissidere, si aliud malum multo maius non adderetur, nepe insidiae quæ vel contra naturam hominis iudicantur ab Ethnicis, & 2. ff. de iust. & iure. Sunt enim fere omnes lites inter fratres, consanguineos, socios, vicinos, & huiusmodi, inter præpositos, & subditos, quarum causa, quodquis nolit, quæ sua putat, ab alio usurpari, vel nolit usurpatæ relinquere; vel aliena cupit usurpare, vel potestate abuti, vel legitimæ potestati non obtemperare.

Quibus medicamentum, & remedium adhibitum per potestatem superiorum, quæ potest cogere, subditos sua conservare, & suis esse contentos, restitutis cuique, quæ eius sunt item & honeste vivere, alterum non laedere, ius suum cuique tribueri. Iustitia, §. illeis, ff. de iust. & iure, & ita ratio quare metropolitani, & iudices maiores, veluti præsides, & Rectores Provinciæ constituti sunt, est ne potentiores, humiliores iniurijs afficiant, ne vè defensores eorum calumnijs eos iniurijs insectetur, aut ne sub specie tributorum illicitæ exactiones fiant. I. illicitas 6. §. ne potentiores & §. illuia ministeria, ff. de officio præsidis. Idcirco iudiciorum vigor in medio positus est, ne quisq; sibi permittere valeat ultionem. I. nullus Cod. de iudicijs, &c. quia frustra sunt leges, & constitutiones deficientibus ministerijs, qui eas exequatur I. 2. §. post originem, ff. de origine iuris. Cavalcanus I. p. decif. 10. n. 12. Sed iam læta transiit zetas, & eritis, ac perfrigida hiems sicut.

**Ibi Convocare.** Nota ex textu quod citatio debet fieri ad electionē; idem tenet Berachic. in tractat. de episcopis lib. 1. 3. p. an. 9. usq; ad 39. ex cap. filio. 350 de elect. ultra citat. per archidiac. hic aliqui q; non vocatus, & contemptus potest contradicere, & plus valet illius contradicatio, quā elec. tio aliorum, c. bōe, 36. de elect. cōtradicere enim potest aliquis ex electoribus. Petrus à Bazio in directorio electionum, 3. p. cap. 29. n. 2. folio mhi. 79. in vol. 14. Tract. in antiqua impressione, & ibidem Casal. de Compagnis de potestate Papæ, nu. 40. folio 350. Qui admidicūm unus canonicus potest agere pro ecclesia sua, etiam alijs in vītis Glossa, & Archidiac. in cap. Nicæna. 31. dist. Glossa verbo, apponens in cap. ex parte 10. de cor. gess. præbenda. Imò princeps ex iusta causa potest contradicere electio ni si sua intererit, ut si timeat ne electus sit ex adversarijs, ut hōs libis Regni, explorator, & sic possit hoc probari, electio debet reti. Etari Innocent. in cap. super his nu. 8. de accusat. & habetur in Concilio Basiliensi, & Pragmatica sanctione, §. verum tamen. Vide Proprii. in cap. Follo. 4. nem. 2. supra eodem. Azor. tom. 1. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Tercio queritur, qui nostri textus meminit,

**C A P. Nosse. XII.**

**S V M M A R I V M.**

**Stephanus quintus adeptus sedem anno 886. sacerdote servorum Dei appellavit.**

**2. Futurum pro præterito saepè ponitur.**

**I**N superscriptione, ibi, Stephanus servus. Iste Stephanus dictus est à Platina quintus, & adeptus sedem anno Domini 886, in quadam epistola, ex qua iste textus est desumptus. Anselmus lib. 6. cap. 36. & se ex humiliitate servum servorum Dei appellavit, ut alii summī Pontifices, ut noto ad cap. 2. supra 61. dist. & de Stephano vide quæ dixi ad cap. enim vero 4. supra dist. 19. & meminit nostri textus. Azor in summa moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Tertio queritur.

**2. In textu, ibi, Fore.** Id est, pervenis-  
se: futurū enim saepè pro præterito ponitur. 1. verbum erit, 123. &  
1. verbum oportet, §. fin. ff. de verborum signific. & l.  
Titus 25. 9. Lucas ff. de liber. & posthum. Vnde  
infertur, quod gratia ad beneficium vacaturū  
comprehendat hanc vacans Glossa, verbo, vaca-  
turam in cap. si postquam 13. de præbend. in 6. ubi  
Gemini num. 6. & Franc. nu. 4. & Glossa, verbo, no-  
titia in Clem. 1. de concess. præbend. ubi Vital. nu. 36.  
Miles in repertorio, verbum futuri temporis. Alex. conf.  
136. num. 5. lib. 5. Oldrad cons. 310. num. 4. Roman.  
cons. 333. num. 3. Dec. cons. 275. Gonzal. ad regul. 8.  
Cancellarie, Glossa 11. num. 51. cum multis ante-  
cedentibus, num. 78. & fuit decisum in Rota  
Romana, in una Lamacefi. Canoniciatus 6.  
Aprilis. 1620. coram Cavalerio.

**C A P. Episcopos. XIII.**

**S V M M A R I V M.**

**1. Consecrari nō potest illigitimè electus.**  
**2. Æmilia proteditur à Ravenna usque ad Placentiam.**

**I**N textu, ibi, Post electionem  
legitimam. Nam illegitimè electus  
non potest consecrari,

ut in cap. nullus 3. supra 62. dist. & ibi diximus n. 1.  
Neque etiam quin, on est examinatus, cap. qui  
episcopus, & ibi Glossa 23. dist. & est Glossa, verbo,  
ignota in cap. de Petro 4. supra 47. distin. & quoad  
clerum electio ponitur in praesenti proprietate,  
quoad vero populum impropositum, ut hic ait Ar-  
chid. & nostri textus meminit Azor in summa  
moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Tertio queritur.

**In Glossa.** Docet Glossa, quod Æmilia  
dicitur à Ravenna usq; ad  
Placentiam, reliqua pars Lombardiae dicitur  
Liguria, sic vocata à Rege Liguro; de his ha-  
betur in cap. de Liguribus 43. infra 23. questione 5.  
advertisit Turrecrem. in praesenti num. 1. in Regione  
Æmiliae sunt urbes, Herninum, Cælena, Saf-  
sina, Faventia, Ravenna, Forum, Livij, Bononia,  
Ferraria, Imola.

**C A P. Litteras. XIV.**

**S V M M A R I V M.**

1. **Episcopus non cogitur dare postulatum;**  
quando habet iustam causam.
2. **Episcopus debet ordines celebrare in  
sabbatis quatuor temporum.**

**I**N textu, ibi, Et ius eū cōcedere.  
Nota ex textu, & Glossa hīc, quod Episco-  
pus nū cogitur dare postulatum, c. Archidiaconū  
Florentinū 85. dist. quādo habet iusta causam cō-  
tradicendi, cap. 1. in fin & cap. 2. 1. quest. 2. & in au-  
thent. de sanctissimis Episcop. §. aliam autem collat. 9.  
Quemadmodū pater non cogitur emancipare  
filium subī 1. non potest. 31. ff. de adopt. §. filij. In-  
stit. Quibus modis patria potestas solvitur. Socinus reg.  
353. Sed si episcopus absque iusta causa neget,  
malè facit, cap. omnis qui 7. quest. 1. & potest per  
superiorē cogi, argum cap. Nullus de iure patron.  
& cap. nunc vero 9 quest. 3.

**Ad finem textus, ibi, Sabbato.**  
Potest namque episcopus ordines celebrare  
in sabbatis quatuor temporū anni, & in sab-  
bato ante Dominicam Passionis, & in vigilia  
Resurrectionis, ut ex nostro textu deducit Gre-  
gor. Lopez. p. 1. tit. 5. l. 13. Glossa 2. vide cap. quoniam §.  
caterum 75. dist. & cap. de eo, de temporibus ordin. Imò  
si ordines illis diebus perfici nō possint, prop-  
ter episcopi infirmitatem, seu ordinandorum  
multitudinem, poterit sequenti die Dominica  
de mane perficere, dum tamen ipse, & ordi-  
nandi adhuc sint ieiuni, cap. quod à patribus, &  
cap. sequenti 75. dist.

## CAP. Principali. XV.

## SUMMARIUM.

- 1 *Mandatum morte mandantis, an, & quando expiret?*
- 2 *Dictio Ideo quid significet?*
- 3 *An in omni beneficio reperiatur ius patronatus, & num. 4.*

**I**N fine textus ibi, si vixerimus  
Ex quo nota quodd mandatum, & receptū  
re integra morte mandatis solvitur; quin-  
que ampliationes, & duodecim limitationes  
vide per Anton. Gabr. de procurator conclusione 3. &  
decem limitationes per Socin. regula 254. & tres  
per Marsil. sing. 44. & undecim per Aloys. Ricc.  
collect. 312. Item fallit in gratijs Apostolicis, quæ  
non expirant morte concedentis, cap. si cui de  
prabend. in 6. Anton. Gabr. tit. de prabendis, conclusione  
I. à num. 3. ut per Gonzal, ad regul. 8. Cancellaria  
Glossa 12. à num. 33. Navar. cons. 3. num. 1. sub tit. de  
privileg. in novis. Gutier. pract lib. 2. quast. 74. & ca-  
non. lib. I. quast. 11. num. 6. Gironda de privilegiorum  
explicat nu. 1079 Marc. Anton. var. lib. I. cap 74 nu. 9.  
Vnde gratiam, seu mandatum de providendo  
in forma digni, nullo modo expirare morte  
Papæ concedentis re integra, sed adhuc posse  
executorem ad illius executionem procedere,  
tenuerunt Sanches de matt. lib. 8. disput. 28. num. 87.  
Nicol. Garcia de benef. part. 6. cap. 2. num. 300. & nn.  
301. Fallit etiam in procuratore Regis, qui eo  
mortuo potest conqueri de spolio facto cōtra  
Regiam coronam. Cabed. de patronisibus Regia co-  
rone, cap. 9. num. 4.

**2** In versiculo, Ideo. Quæ dictio est  
illativa, quia  
infert ex præmissis I. & ideo ff. de legatis præstadiis,  
& sic denotat causam finalam, & propterea  
inducit claram demonstrationem, quod mo-  
vetur ex præmissis, quæ si vera non sunt, cessat  
liberatio, vel quilibet contractus. Socin. cons.  
119. num. 20. in fine, & num. 21. lib. I. Crayeta con-  
sil. 192. numer. 21. Abb. cons. 81. lib. I. post alios  
Tusc. tom. I. littera D. conclusione 289.

**3** In Glossa I. Collige ex Glossa ex sē-  
tentia Vgonis in omni  
genere beneficiorum reperi ius patr. ex fun-  
datione, constructione, seu dotatione. Sequitur  
Abbas in cap. cum inter de electione. Archidiacon. in cap.  
lectis, infra eadem dist. Bald. in cap. Quanto de iudicijs.  
Rochus de iure patron. verbo, in ecclesia, q. 1. & 2.  
Covar. in regul. possessor. 2. part. §. 10. num. 5. Sed  
obstat maxime, quod summus Pōtificatus be-

neficiū est ecclesiasticū, probat textus in cap.  
I. de maledicis, tū adit selva de benefic. I. part. q. 2. nu.  
26. Nauarr. in Apologia de redditibus quæst. I. monitu.  
23. n. I. Hojeda de incomparabilitate I. part. cap. I. n. 2.  
& tamen constat in illo ius patr. non dari, nec  
tale unquam cogitavit Magnus ille Constan-  
tinus, qui fabricam templi Romæ instituit, &  
multis donis exornavit, de quo agit textus in  
cap. futuram 12. quæst. I. & in cap. fundamenta 17. de  
electione lib. 6. constituens, ipsam Romam capuc  
mundi, ut constat ex donatione ipsius Constanti-  
ni, quæ habetur I. tom. Conciliorum pag. mibi 742.  
licet Imperator defensor Romanæ ecclesiæ  
nūcupetur, & uti talis illam defendere tenet  
& ita contrariam sententiam tenent non  
nulli, pro ut refert Glossa in præsenti, cū qui-  
bus ipsa remanere censemur.

Sed prior opinio tenenda est, quia appella-  
tione ecclesiarum omnes comprehenduntur,  
advertisit Lamberinus de iure patronatus lib. I. part. I.  
quæst. I. art. I. nu. 16. iuvat Trident. sess. 25 de reforma-  
tione, cap. 9. vers. Reliqui. N. c oblitat supra posita  
difficultas, satis enī, si advertas, ius pa-  
tron. de quo agimus, repetiri in ecclesijs, quæ  
ab ipsis patronis per fundationes, constructio-  
nes, seu dotationes in esse producuntur, quod  
in summo Pontificatu aliquo modo confide-  
rari non potest, siquidem a Christo Domino  
promissus Matth. cap. 16. super firmissimam pe-  
tram; per illa verba Ioannis cap. ult. Pascha oves  
meas fundatus, gratijs infinitis dotatus, & suc-  
ac suorum martyrum sanguine constructus,  
ecclesiæ vero iam in esse productæ divitias, &  
bona dedit Constantini, & aliorum Impera-  
torum pietas, de quo in cap. Constantinus 96. dist.  
ac proinde potuit D. Petrus, & quilibet aliis  
Pontifex sibi eligere successorem, pro, ut ini-  
tio nascentis ecclesiæ factum esse probat tex-  
tus in cap. Si Petrus, & in cap unde 8. q. 1. & Ponti-  
fice negligente, electio pertinebat ad Episco-  
pos ecclesiæ, & ex post f. &to iure humano ad  
Cardinales pertinet, ut habetur in cap. licet evi-  
tanda, de electione. & in cap. ubi periculum illo iii. lib.  
6. explicat latè Martinus Ledesma 2. q. quæst. 16.  
art. 4. Sed de hoc vide posita ad cap. Si Petrus,  
8 quæst. I.

## CAP. Reatina. XVI.

## SUMMARIUM.

- 1 *Princeps ex privilegio, presentat Epis-  
copos in suo Regno.*
- 2 *Vbi de consuetudine requiritur cōsen-  
sus alicuius Domini, illo absente,  
sufficit consensus vicarij.*
- 3 *Tusculum civitas Latij.*

**I**N textū. Probat textus qualiter potest Principi mors defuncti episcopi denūtiari, & eius assensus de alio eligendo requiri, si hoc habet ex privilegio, vel consuetudine; pro ut habet Rex Hispaniarum privilegium præsentandi episcopos in suis Regnis l. 18. tit. 5. partita 1. ubi Gregorius verbo, *antiqua costumbre;* & l. 2. tit. 16. lib. 1. Ordinam, Covar. regula possessor 2. part. §. 10. num. 6. Cassan. in catalogo gloria mundi part. 5. consider. 24. vers. 99. Perez l. 3. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 70. Azeved. l. 1. titul. 6. lib. 1. nova recopil. Menchaca controvers. illustr. cap. 22. nu. 14. Spino in speculo testamen. Glossa 4. prin. num. 13. Gutier. pract. lib. 3. quæst. 13. num. 72. Bobadilla in sua polit. lib. 2. cap. 18. num. 215. Quintana de eccles. lib. 1. cap. 5. nu. 4. Cabed. de patronatibus Regie corone cap. 37. numer. 2. Azor in summa morali part. 2. lib. 3. cap. 18. vers. Tertio Gonzal ad regul. 8. cancellarie Glossa 43. num. 60. testatur Castaldus de Imperatore quæst. 100. num. 6. Palat. de beneficijs in Curia Romana vacantibus §. 9. col. 2. citata per Cened. 1. part. collectan. 51. num. 3. Sed de hoc inferiorius tractabimus ad cap. cum longe hac eadem dist. & aliqua diximus ad cap. 2. dist. 23. Illud hoc loco observandum est, huic iuri quod Hispaniæ, Lusitaniae, & Galliæ reges habent præsentandi episcopos, non derogare reservationes factas per regulas Cancellariæ, de omnibus ecclesijs Cathedralibus pro summo Pontifice, eiusque dispositione, ut egregiè adhortarunt Covar. pract. cap. 36. n. 2. Azeved. l. 1. tit. 6. lib. 1. nova recop. num. 6. Palat. de benefic. in curia vacantibus §. 11. Nicol. Garcia de benef. part. 5. cap. 1. num. 219. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. Glossa 24. num. 153. Cabed. de patronatu regie corone cap. 10. num. 3. & cap. 35. num. 7. Cened. ad Decret. Collect. 79. num. 2.

2. Ait tamen Compostel. in cap. quod sicut de electione, non posse de consuetudine introduci, ut consensus Principis requiratur ad electionem de certa persona. Notavit etiam ibidem, quod si de consuetudine est, ut consensus Principis, Comitis, vel Archiepiscopi requiratur ad electionem, & illi sint absentes extra Regnum, Comitatum, vel Archiepiscopatum suum, sufficit pro regem vicarium talis personæ requiri, & sic obtinuit in causa Cantuariensis Archiepiscopi, argumento textus in cap. ex frequentibus de institutionibus, refert, & sequitur. Turrecrem. in presenti ad finem. Praepositus numer. 1. in fin. Bald. in cap. cum consuetudinis de consuetudine, Angel. in l. ad op. col. 2. ff. de adoptionibus, post alios Palatius in introductione Rubrice num. 25. ad med.

3. Ad finem textus, ibi, Tusculanam. Tusculum olim inter insignes Latij civitates numeratum, Federici Anobarbi temporibus, à Romanis Pontificibus detinutum, eo quod Imperatori inferenti bellum.

Pontifici auxilio fuissent Tusculani, hodie obscurus est vicus, quem Romani Friscatam vocant. Iuxta illud oppidum ager erat Tusculanus, qui Tullij Ciceronis villa satis erat nobilitatus. Quo in loco cum ipse Tullius aliquando rusticaretur, egregium, & per elegantem librum concinnavit, quæ vocavit Tusculanas dato nomine ab ipso loco.

## CAP. Nobis. XVII.

### S V M M A R I V M.

1. Azor nostri textus meminit.
2. Reatis civitas est in Umbria.
3. Glossa textum exponit.

**I**N textu. Cuius meminit Azor instit. part. 2. lib. 3. cap. 18. vers. Tercio quaritur.

In textu, ibi, Reatina ecclesia.

Reatis civitas est in Umbria, Italiae umbilicus, teste Plinio naturalis historia lib. 3. cap. 22. ex qua Vespasianum originem duxisse fertur.

In Glossa. Exponit verbū Dominus ex humilitate dici, cum Imperator filius ecclesiæ vocetur in cap. Si Imperator 96. distinet. sequitur Praepositus in presenti, sed melius verbum Dominus intelligitur respectu subditorum, suorum cum non adiungatur meus, vel noster, observat Turrecrem. hic ad finem.

## CAP. Lectis. XVIII.

### S V M M A R I V M.

1. Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur.
2. Dicitio nunc quid significet?

**I**N textu. Collige ex illo. Imperatoris epistolam in electionis confirmatione desiderari, nam in presenti Stephanus Papa noluit confirmare electionem episcopi in Reatina ecclesia electi, nisi prius videret epistolam Imperatoris: ad idem cap. cum inter universas, de electione ibi, Vice Regis postuletis assensus cap. cū terra eodē tit. ibi Non prohibemus quin Regis requiratur assensus, tradūt late Palatius de beneficijs in Curia vacatibus, §. 9. col. 2. latifimè Covat. in regula possessor. p. 2. §. 10. nu. 5. vers. Olim,

Olim, ubi nostrum textum appellat optimum; quia mortuo praetato Cathedralis ecclesie, non est procedendum ad electionem, nisi prius mors Regi nuntietur, ut tradit idem Palatius in introductione Rubrica num. 25. qui etiam ibidem nostri textus meminit, Rochus de iure patronatus. verbo, in ecclesia quest. 1. num. 2.

2 Post principiū text. ibi, Nunc. Quæ dictio est præsentis temporis Bald. in auth. contra cum rogatus num. 1. Cod. ad Trebellean. sequitur Tuscius tom. 2. littera D. conclus. 317.

## CAP. Metropolitano. XIX.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clericorum, & civium voluntate an Metropolitanus sit eligendus?
- 2 An semper optimus debeat eligi?
- 3 Consecrari ubi debeat Metropolitanus?
- 4 Argumentari potest ab ordine verborum.

**I**N textu. Decidit Leo Papa clericorū, & civium voluntate Metropolitanum esse ordinandum, facit D. Hieronymus super Levit. cap. 8. & refertur in cap. licet ergo 8. quæstione 1. Requiritur autem (inquit) in ordinando sacerdote, etiam populi presentia, ut sciāt omnes, & certi sint, qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotiū, & hoc attestante populo, secundum illud Pauli. Oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt; prosequitur latè Soto de iustitia lib. 3. quæst. 6. art. 2. conclusione 9. vers. Accedit 3. qui nostri textus meminit.

2 In text. ibi, Optimus ordinetur. Ergo qui promovet aliquem minus dignum, omisso digniore, peccat mortaliter, ut tradit D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2. & quæst. 185. art. 3. & ex nostro textu deducunt Dueñ. regula 236. Rebus in praxi part. 1. tit. Pena contra colladore, num. 6. Spinus in specul. testamentor. Glossa 18. in principio, num. 8. ad finem, late Navarr. de oratione miscelan. 38. num. 1. & sequentibus Perez. lib. 1. ordinam. tit. 6. l. 2. fol. 150. col. 2. ad fin. accedit Concil. Trident. sess. 24 de reformat. cap. 1. & cap. 18. quidquid docet Glossa verbo, que præstantior. 8. q. 1. & Glossa, verbo, ne malus in cap. Monasterium 16. q. 7. & in cap. 2. de officio custodis, pro concordia vide quæ scribam ad cap. ult. bac eadem dist.

In Glossa 1. Quatenus probat, quod Metropolitanus debet cōfessari in civitate Metropoli, & non alibi, ad idem, textus in cap. ult. & ibi Glossa 52. dist. & cap. 1. dist. 16. & cap. si Archiepiscopus de tempor. ordin. Sylvestre. in summa, verbo, consecratio 1. §. 1. & Betachin. lib. 3. de episcop. part. 2. 3. num. 1. fol. 157. in 2. vol. Tract. & Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. de reformat. Hodie vero tam Archiepiscopi, quam episcopi consecrantur, ubicumque eis libet, secundū Zerol. in practic. Episcopali 1. part. verbo, consecratio prælatorum, num. 3.

In Gloss. verbo, Ex presbyteris. 4 ex qua notat Archidiac. bīc num. 1. quod ab ordine verborum potest argumentari, quod argumentum an, & quando procedat? vide Everard. in Topica iuris loco 1. per totum, & Claud. Canticulara in Topica legal. cap. 13. in vol. 1. tract. fol. 260. in impressione antiqua, & hanc Glossam cominciāt Dominic. & Petrus, notabili 2. in cap. mandato de præbend. lib. 6. Felin in cap. cum dilecta verbo, ordo scriptura de rescript. Castillus de usufructu. lib. 2. cap. 6. num. 46.

## CAP. Si in plebibus. XX.

## S V M M A R I V M.

1 Archidiaconus quando Archipresbyter ruralis est mortuus an debeat illuc se transferre?

2 Dignus Pastor debet eligi.

**I**N textu. Qui textus videtur probare 1. quod Archidiaconus civitatis, quando Archipresbyter ecclesiæ ruralis est mortuus, debet statim illuc se transferre, & curam illius ecclesiæ gerere, arg. cap. illud. c. no liceat. 12. q. 2. ut ipsam plebē regat Archidiaconus, donec ibi ordinetur Archiepiscopus, sed hic textus, & cap. illud & cap. 2. 82. dist. loquuntur in ecclesijs specialiter Archidiacono subiectis, secundū Innocent. in cap. 1. in Glossa, verbo, quia, ut ecclesiastica beneficia Glossa, verbo, de iure cōmuni in cap. bona de appellat. vel dic quod hoc competebat, iure antiquo, quod hodie per ius novum, & contrariam consuetudinē, sicut alia circa Archidiaconū est correctū, ut tradit Zerol. in pract. episcopali 1. part. verbo, Archidiaconus. At nostri textus meminit Garcia de benef. p. 7. c. 16. nu. 13. qui latè materiam prosequitur.

Ibi, Dignus Pastor cōstituatur. 2

Ergo ad officiū Episcopale sufficit quod dignus eligatur, prætermisso digniore: nam alij cui

negotio praefectum eligere debens satis officio suo functus esse videtur, si dignum hominem pro negotij conditione præficerit. Contraria tamen opinionem tenet Alexander Raudensis de cœ. Pizana 34. in principio, & à numer. 179. Rebello de obligationibus iustitiae. lib. 3. quæst. 4. quos refert, & sequitur Augustinus Barbosa Lusitanus de officio, & postate Episcopi part. I. tit. 2. Glossa 3. num. 29. faciunt, quæ tradit Diuus Thomas 2. 2. question. 185. art. 3. circa assumptionem alicuius ad Episcopatum in illis, quæ considerat ex parte eius qui assumitur, & ex parte illius, qui assumit. Vide Concil. Trident. sess. 24. de reformatione cap. I.

## CAP. Agatho. XXI.

S V M M A R I V M.

- 1 Dicitio Proponitur hic consecutively.
- 2 Consuetudo dandi certam pecuniā Imperatori quando Papa confirmabatur, tollitur.
- 3 Vitalianus quando fuit sedem adeptus?

1 **I** Bi, Pro. Dicitio pro, non imponitur hinc causative, sed consecutively, sic in cap. ult. 74. dist. de curia significatione. Vide Tiraquel. cessante causa limii. 20. num. 28. latè Tusculum tom. 2. littera D. conclusione 342. Cened. singulari. 81. Nam quod hinc dabatur erat quasi recognitio beneficiorum à Principibus Romanæ ecclesie collatorum, argumento cap. charitatem 12. q. 2. quæ hodie regalia dicuntur. Unde æquū erat, ut aliqua reciprocatio beneficiorū fieret Imperatori, quæ nullo alio tempore melius fieri poterat, quam cum electionem Pontificis confirmare debebat, hæc enim dies numeratur inter feriales, l. omnes dies in fine C. defer. Sed postea quod primō offerebatur gratuitō, cæpit exigi tanquam debitum. Ioannes Petrus Bimius conf. 36. nu. 6. vol. 6.

2 Ideo placuit Papæ Agathoni, & Imperatori. Constantino quarto Pogonato, ut hæc consuetudo tanquam mala penitus eliminaretur, ut hinc textus, sicut etiam eliminatur consuetudo offerendi oblationes voluntarias, quas fideles in aliquibus festivitatibus offerunt gratuitō: ita ut inviti ad eas cogi nō possint, saltē quoad quantitatem, vel speciem rei oblatæ: Bernard. Dias reg. 499. Covar. variar. cap. 17. num. 3. Marian. Socin. de oblat. libello 3. fol. 320. in volum. 15. Tract. Francis us Leo in suo Thesauro, fori ecclesiastici, 2. pars. capit. 13. numer. 33. & 44. novissimè Gabriel Pereira in tractatu de manu Regia parte prima

cap. 15. per totum à fol. 140. vide Praepositum lib. num. 4.

Ibi, Item Vitalianus. Qui adeptus est sedē anni

no Domini 657. ut habetur in Pontificali Romano Vaticano in illius geslis, sed fuisse creatum anno 655. tradit Baron. tom. 8. Annal. De ipso autem Vitaliano hæc habet Anasthasius. Hic direxit responsales suos secundum consuetudinem cum synodica in Regiam urbem ad p̄iissimos Principes, significans de ordinazione sua, & dum suscepisti essent, renovantes ecclæ privilegia reversi sunt. Per eosdem responsales direxit Conſitans Imperator beato Petro evangelia aurea cum gemmis albis mirae magnitudinis ornata in circuitu, monuit Vitalianus Pontifex anno Domini 669. sexto Kalendas Februarij, cum sedisset annos quatuordecim, & menses quinque, cuius probitas ita effulgit, ut inter sanctos Pontifices ad scriberetur, vide Baron. dicto tomo 8. anno Chriſti 669. in principio.

## CAP. Adrianus. XXII.

S V M M A R I V M.

- 1 Imperator quare olim Papam confirmabat? & num. 2.
- 3 Sedes pro dignitate Episcopali accipiatur.
- 4 Sedes Episcopales Cathedrales dicuntur.
- 5 Reges sunt patroni, & defensores ecclesiæ.
- 6 Reges Hispanie, & Lusitanie non sub sunt Imperio.
- 7 Imperator an sit Dominus totius mundi?
- 8 Intellectio l. deprecatione, ff. ad l. Rodia manipib. de iactu.

**I**N textu. Imperator olim de facto, nō de iure Papam confirmabat, ut hinc, &c in Concilio Lateranensi habito sub Adriano I. anno Domini 773. præsente Carolo magno, & episcopis 153. sed hoc fuit in remunerationē ex eo, quod Carolus Magnus vocatus fuit ab Adriano ad defendendas res ecclæ, ut Glossa 1. hic. Sed hodie totum est contra, pro quo sunt videndi Restaurus de Imperatore quest. 99. num. 2. & 3. fol. 70. vol. 12. Tract. & Corsetus de potestate Regia 5. pars. nu. 69. fol. 103. codem

éodem volumine, latè Cened. p. 1. collectan. 64. nu. 1. Bursatus consil. 126. nu. 3. & 4. Palat. de benefic. in curia vacantibus, §. 9. col. 1. Rebus. in Concordat. in proemio, in principio, verbo, Rex. Cum Imperator nomen, & iura imperialia obtineat à Papa, ut tenent Hugo in tractat. de officio quatuor Prałatorum, tit. de duplice Papæ potestate, num. 2. fol. 189. & de potestate seculari, & ecclesiastica, cap. 179. in vol. 14. tract. tres rationes vide per Glossam, verbo, affici, in cap. In Synodo, 23. infra eadem.

At bene Gretserus in defensione Bellarmini, tom. I. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 29. vers. 6. argumentum, fol. 810. ait Grattianum in praesenti, Canonones à Segeberto schismatico confictos incaute in decreto intulisse, quod multis argumentis probat Cardinalis Baronius tom. 9 annal. anno Christi 774. num. 13. vers. Res accidit. Nam tantum abest, ut Carolus sibi arrogare voluerit electiones Pontificum, & episcoporum, ut potius suo promulgato decreto, eas statuerit esse liberas, ut probat idem Baron. Neque obstat, quod noster textus habetur etiam apud Iyonem in Pannonia, cap. 135. cum tamen Ivo Segebertum ætate præcesserit: quoniam Pannonia non dicitur Iyonis, quia sit ab Ivone composita, sed quia sit ex decreto Iyonis maxima ex parte decerpita; adverbit Bellarminus de scriptis ecclesiasticis, tit. de Gratiano, vers. Secundo, fol. 185. Vide Navarr. in rubrica de iudicijs, 17. principali, nu. 70. qui nostri textus meminit.

**Ibi, Sedem.** Sedes pro ipsa dignitate episcopali accipitur, ut tit. Ne Sede vac. aliquid innovet, ideo sedes vacare dicitur, quando non est episcopus, & repleti quādo episcopus in ea est. Cathedra ita p se, & potestate episcopali, ut Matth. cap. 23. vers. Secundo. Iustinianus in §. Sic igitur à nobis, in Authent. ut iudices sine quoquo suffragio, & novell. 8. sedem vocat, ibi. Qui tuam rexerit sedem, in Græco, cathedram. Cathedras, & dignitates simul dixit prælatorum Nicolaus 2. epistola Mediolanensi scripta, & in cap. 1. 7. q. 1. Cathedra dicta episcoporum potestas, quia munus sit episcopi docere per se, vel per alios, commissum sibi populum. cap. Inter cetera, 15. de offic. ord. docebant etiam olim episcopi in solio, vel cathedra, ut ait Eusebius lib. 7. historiae eccles. cap. 5. & 26. not. ad Clement. Dudum, ad verbum, Cathedram de sepultu.

Vnde, & episcopales Sedes Cathedrales dictæ, quæ & matræ, ut matres à quibus aliæ diœceses generatæ, & gubernatæ sunt. cap. Venerabilis, 22. de verborum significatione. Summi Pontifices dicuntur super Cathedram præminentia pastoralis constituti divina disponente clementia. Clement. 2. in princip. de sepultur. apud D. Chrysostom, in primatu, & in cathedra constitui, ait cap. fin. 40. dist. Ideo dignitas Sedes Apostolica hic dicitur, ubi eius Prælati sedent,

& in cap. Si à Sede, 31. de prabend. in 6. cap. 15. 10-gamus, 24. q. 3. cap. 34. Mutationes. cap. 44. Temporis, 7. q. 5. & alibi sape & dicitur a Græcis sedes hæc episcopalibus, ut in Synodo Græca Constantinopolitana in templo Sapientiae, habita sub Photio Patriarcha. Apostolica Sedes, quæ Romæ est, dicitur: quod inter Apostolos Dominus primam illam dignitatem posuit. Ioann. cap. fin. Matth. cap. 16. atq; Apollonica autem critate ab Antiochia Romam translata, cap. 1. & 2. & cap. Mutationes, 7. quæst. 1.

**In Glossa 1.** Ex qua collige, quod Imperatores, & Reges sunt patroni, & defensores Ecclesiarum, & episcopatum regni, Paris. de Puteo de syndicatu, nu. 3. fol. 361. in 2. vol. tract. & Restaurus de Imperatore, q. 100. nu. 26. fol. 71. in 12. vol. tract. impressione antiqua, & ideo si beneficiati, & prælati perturbentur in suis Ecclesijs, Reges tenentur illos defendere, & protegere, cap. Regum. cap. Administratores, 23. q. 5. Guierr. lib. 1. Canonic. question. cap. 34. ex num. 22. Menoch. de recip. pess. remedio 15. ex nu. 211. & de retinend. poss. remedio 3. q. 52. ex nu. 323. & de adipiscend. poss. remed. 9. nu. 43. Petrus Cened. 1. p. collect. 5. num. 3. & 2. p. collect. 4. nu. 3. & 4. & Aloys. Riccius collect. 270. Gabriel Pereira de manu Regia, cap. 7. num. 1. part. 1.

**In Glossa, verbo, Per singulas.**

Docet *Glossa* Regem Hispaniæ Imperatori non esse subiectum, ut p. Corvar. in reg. peccatum, 2. p. §. 9. Navarr. in cap. Novit, de iudicijs, notabili 3. nu. 32. & in rubrica de iudicijs, §. 17. num. 70. & Avendañ. de exequend. lib. 1. cap. 1. num. 7. & esse communem sententiam contra Feraldum cōprobat. Parladorus rerum quotidianarum, lib. 1. cap. 3. num. 12. & plures alios, quos copiose refert Cened. ad Decretum collect. 64. nu. 3. quibus adde omnium plenissimè disputantem Valdesium de Regum Hispaniæ dignitate, cap. 18. per totum, & de nostro Portugallia regno notant omnes per textum ibi, in cap. Grandi, de supplenda negligencia prælatorum, lib. 6. & deducitur ex nostra Ordin. lib. 3. tit. 64. dum iubet leges Imperiales servi ea ratione tantum, quod in se habeant bonam rationem, non quod in hoc regno legis habeant autoritatem; notavit Cabed. 2. par. decis. 7. nu. 4. & decis. 8. nu. 3. Idem de Regibus Franciæ pbat textus in cap. Per venerabilem, qui filii sint legitimi. Casan. in Catalogo gloria mundi. 5. pars. considerat. 28. Petrus Gregor. syntagm. iuris, lib. 47. cap. 14. num. 13. Oldrad. qui etiam loquitur in Hispania, conf. 69. ad fin.

Verum ijs obstat, quia Imperator totius mundi dominus appellatur, in lege deprecatio, ff. ad l. Rodiam de iactu, & colligitur ex autoritate Evangelica, Luca cap. 2. Ex ijt editum à Cesare

Augusto, ut describeretur universas orbis. Ex qua hæreticum esse negare Imperatorem esse totius mundi dominum, ait Bart. in l. Hostis, ss. de captivis, & docuit Glossa, verbo, in Germanos, in cap. Venerabilem, de electione. Bald. & Angel. in l. Bene à Zenone, C. de quadri. prescript. Iason. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Roland. conf. 88. num. 7. & 28. vol. 1. & eit communis sententia ex multis, de quibus Alphanus collectan. q. Gabriel lib. 5. communium, tit. de acq. rerum dominio, conclus. 2. Castaldus de Imperatore, quest. 52. & plures, quos refert Cevall. quest. 576. quibus adde Tuscbum lib. communium, tom 4 littera l. conclus. 33.

Sed respondet verius esse Imperatorem nunquam fuisse totius mundi dominum, quia nulla ratio, attento iure naturali, vel humano, hoc concludit, ut bene prosequitur Oldrad. conf. 69. Cassan. d. considerat. 28. Menchaca Illustrum q. 20. latissimè Covar. d. §. 9. nu. 5. Soto de iustit. lib. 4. q. 4 art. 2. Molina de iustitia, disp. 30. Nec obstat d. l. deprecation; nam superba illa totius mundi appellatio, quam sibi Imperator usurpat, ab omni ratione est aliena, ut per supra ci-tatos; vel per hyperbole potest intelligi, vel melius per synedochem, accipiendo partem pro toto, quia scilicet magnæ parti cogniti orbis dominatur; vel intelligendo de illis parti-bus mundi, quæ Imperatori erant subiectæ, & sic restringendo ad terminos habiles, iuxta re-ceptam doctrinam Glossæ, verbo, ab omnibus, in cap. 1. de constitutionibus, Glossa 1. in l. 1. C. de sacrosanct. cum similibus, de quibus Pretis de inter-pretatione ultimarum voluntatum, lib. 2. interpreta-tione 4. dubio 2. sect. 3. nu. 57. & 41. Sic etiam in-telligitur authoritas illa Evangelij Luca cap. 2. Confirmatur deniq; quia Imperator ipse profitetur aliquas esse gentes sibi non subiectas, l. Postliminium, in principio, ss. de captivis, l. Mer-catores, C. de nundinis, & mercator. l. Cunctos popu-los, C. de summa Trinitate. Adde posita ad cap. ult. num. 3. supra, dist. 1.

## G A P. In Synodo. XXIII.

### S V M M A R I V M.

1 Bellarminus, & Baronius nostri textus meminere.

2 Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis olim vocabatur sancti Salvatoris, fuit Ecclesia Romæ.

3 Pæna mortis nunquam in iure Canonico intelligitur de naturali, sed de spirituali, hoc est excommunicatione.

- 4 An eadem res possit per aliquem do-nari, & simul confirmari?
- 5 Quando Reges possunt privilegijs re-nuntiare cum praetudicio succe-sorum.
- 6 An possit Papa potestatem alicui dare, ut ipsummet deponat?

**I**N textu. Quem notat Prepositus in cap. Canones, nu. 3. supra, dist. 15. & vide optimè Baron. tom. 9. annal. anno Christi 774. nu. 13. vers. At non alterius, qui nostrum reprehendit Gratianum, & imposta-rem vocat cum Leonis Pontificis nomine 8. textum hunc referat; & vide eundem num. 15. vers. Verum quod dicitur, & tom. 10. anno Chri-sti 964. nu. 21. & nu. 22. refert integra verba nos-tri textus, dicens hanc constitutionem, et si ve-re fieri contigit, nullius esse robotis, cum à Leone Pseudopontifice, & sic non à legitimo Papa sit promulgata, quem vide num. 23. & se-quentibus, circa textus confutationem. Adde Gretserum in defensione Bellarmini, tom. 2. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 29. vers. 6. argumentum, Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis, verbo, Grati-anus, vers. Secundo, fol. 185.

**In textu, ibi, sancti Salvatoris.**  
Hodie vocatur Ecclesia sancti Ioannis Latera-ni ædificata, per mandatum Magni Constanti-ni, in monte Celio in suis palatijs, & consecra-ta per Papam sanctū Sylvestrum, & fuit pri-ma Ecclesia, quæ Romæ fuit ædificata, & hæc vocatur Ecclesia Romana, quæ supra alias habet principatum, quam solus Deus fundavit, & ab ipso Salvatore primatum obtinuit, ut ait Petrus de Monte, de primatu Petri, nu. 11. & habet infinita privilegia; ita ut solum contra Eccle-siam Lateranensem præscribatur spacio cen-tum annorum, ut ait Salycet. & Antiqui, in Au-thent. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles. ut repe-ritur declaratum in tabulis æreis in ingressu portæ principalis, ad latus dextrum dictæ Ec-clesiæ muro infixis.

**In fine textus, ibi, Ultimis; supplicijs.** Nota tamen, quod ubi in iure mortis, nunquam venit mors naturalis, sed spi-ritualis, hoc est excommunicatio. Farinac. in pra-edic. criminali, de delictis, & pænis, 1. p. 9. 19. usq; ad nu. 12. Hic verò ultimum supplicium voca-tur perpetua depositio secundum Propos. nu. 3.

**In Glossa.** Docet Glossa, an una, & eadem res possit per ali- quem donari, & insimul confirmari; & an inter-

inter eum, qui donat, & eum, qui confirmat, necessariò sit distinctio, *Glossa similis in cap. Inter dilectos, 6. de fide instrumentorum, Glossa, verbo, confirmavit, in cap. Cum inter canonicos, 21. de electione, & in cap. I. de elect. lib. 6. tradunt Bart. Iason. nu. 26. Dec. nu. 21. Curtius num. 23. per textum ibi, in I. Et quia, ff. de iurisdictione omnium iudic. I. Si donata, 37. §. I. ff. de donat. inter virum, post alios Feliu. in cap. Cum Bertoldus, nu. 4. de sententia, & re iudicata, Suar. allegat. 8. nu. 16. qui nostræ Glossæ meminerunt.*

### 5 In Glossa ultima post princip.

Controvertit *Glossa*, quando Imperatores possint suis privilegijs renunciare, de quo videbis latè Boer. decis. 31. qui disputat, an potuerit Rex Galliæ renunciare privilegio instituendi Pontificem suis maioribus concessum?

### 6 In Gloss. verbo, Apostolicam.

Controvertit *Glossa*, an Papa possit potestatem alicui dare, ut ipsummet deponat? Et in crimine hæresis, & de consensu Cardinal. affirmat, imò in omnibus se posse subiçere. Que quidem doctrina falsa est quoad posteriorem illius partem. Primo. Papa non potest se subiçere imperatori, ut illius iurisdictioni subiectus civili vere maneat, & obligatus, ita *Canonista in cap. Ecclesia S. Mariae, de Constitut.* ubi Panorm. num. 7. & *Felin. nu. 2. & Bald. in leg. Est receptum. Cod. de iurisd. omnium iudic. & Theologi in 4. dist. 18. & 19. & probatur*, quia nec Imperator eam habet potestatem, nec etiam Summus Pontifex supra omnes alios, ne dum supra se ipsum, quia nemo dat, quod non habet. Deinde quia exemptio Papæ est privilegium non intuitu personæ, sed in honorem Christi datum, cui non potest Papa renunciare, sicut nemo potest renunciare privilegio in favorem communitatis concessum. Secundo. Fallit *Glossa*, quia Pontifex non potest spirituali potestati, quoad vim coercivam se submittere, ut latè Bellarmin. *de concil. lib. 2. cap. 18. & Suar. in defensione fidei, lib. 4. cap. 7. num. 3.* & probatur, quia omnis iurisdictio ecclesiastica pendet, & manat à Summo Pontifice, ipse vero non accepit potestatem coercivam supra se ipsum, quia nullus nisi volens potest se punire, non tamen cogi, ergo neq; alteri potest eam potestatem communicare, unde colliges non posse per censuras compelli. Ita *Suar. de censur. disput. 5. sed. I. num. 27. & deinceps Sayr. lib. 1. Thesaur. cap. I. nu. 22.*

Non erit tamen negandum posse Papam se submittere iudicio alterius, tanquam arbitro, non tanquam proprio iudici iurisdictione utenti in personam ipsiusmet pontificis: qui modus est voluntaria subiectio. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 1. ad 2. Dixi voluntaria, quia p. vim,*

& tyrannidem pontifex iudicabitur ab aliquo id permittens, vel eligens ad vitandum maius malum, & tunc nulla intervenit renunciatio privilegij, quia pontifex à nullo potest iudicari, ipso etiam consentiente. Recurre ad *cap. 9. nu. 6. dist. 19. & ad cap. Nunc autem, 7. num. 5. dist. 21.* Quoad priorem vero partem vide ad *cap. Si Papa, dist. 40. & adde posita ad cap. Satis evidenter, nu. 1. & 2. 96. dist.*

### CAP. Salonitanæ. XXIV.

*SVMMARIVM.*

- 1 *Mandanti prohibita à iure non debet obedire; & quādo quis deobligetur?*
- 2 *Excommunicatio quomodo cognoscatur, an sit latae sententiae, vel ferendae?*
- 3 *Ratihabitio episcopi non confirmat ordinationem factam.*
- 4 *Pontifex non potest illatam ecclesiae iniuriam remittere.*
- 5 *Appellari potest à sententia excommunicationis conditionali.*
- 6 *Appellare non potest excommunicandus, ut solvat pensionem, si pensioni consentit.*
- 7 *Excommunicatus sub conditione, si iudex ea pendente decedat, an maneat excommunicatus?*
- 8 *Excommunicatus sub conditione, an mutato domicilio maneat ligatus?*
- 9 *Iniuria ab aliquo remissa, debet per iudicem vindicari.*

**I**N textu, ibi, Iussissent. Ex quo collige, quod mandanti prohibita à iure nemo debet obedire, *cap. Dilectus, 15. de tempor. ordinand.* & dum certo sunt iniusta mandata etiam superiorum, non sunt implenda, *cap. Julianus, 11. q. 3. Gregor. de Valencia tom. 3. disput. 5. q. 3. part. 2. Aldrete de religiosa disciplin. tuenda, lib. 2. cap. 4.* quia nec authoritas superioris iubantis excusat à peccato, *cap. Quicunq;, cap. De rebus, 12. q. 2. cap. Docuimus, 11. q. 3. cap. In canonibus, 16. q. 1. cap. Decimas, 16. q. 7. l. Furii. §. Qui iussu, ff. de his, qui notantur infam. l. Servus, ff. de action. Excusabitur tamen in relevatione aliqua ex parte pœnæ, non tamen in totum. Si modo qui exequitur coacte faciat ex iusllo, vel metu superioris, ut hic *existas in cap. Ampullaris, 86. dist.**

86. dist. cap. Dixit, 24. q. 1. cap. Diaconi, 28. dist. cap. Miles, 23. q. 5. vel si dubium sit, an præceptum sit iustum, vel iniustum, cap. Quid calpatur, 23. q. 1. Ad ea, ff. de regul. iur. Præsumitur enim pro superiori, & pro persona publica, quod bene iusterit, & statuerit, & ideo exequendum estus mandatum, si servio invito, &c. Cum prator ff. ad Schatus consulkum. Trebel. l. penult. ff. de iustitia, & iure, & iussus superioris an, & quando excusetur ultra Archidiac. hic nu. 4. vide Aloysium Riccium, collect. 1372.

## 2 Ibi, Sub excommunicationis.

Nota quod ista excommunicatio non est latæ sententiae, sed comminatoria. Idem Glossa, verbo, sub excommunicatione, in cap. 1. delocato & Glossa, fin. in cap. 1. de sagittarijs. & Glossa fin. in cap. Cum effes, de testamentu, late Peres lib. 8. Ordinarii. tit. 5. l. 1. pag. 175. col. 1. vers. Quare solet, qui nostri textus meminit. Et quomodo cognoscatur, an si latæ sententiae, vel ferendæ, vide Sylvest. in summa, verbo, Excommunicatio, in 1. nu. 22. Navar. cap. 27. nu. 12. Tiraq. in l. Si unquam, verbo, revertatur, à num. 32. C. de revocand. donat. Notari tamen debet, quod quando sunt Canones, vel præcepta iudicium, ut aliquid fiat, vel non fiat sub pœna excommunicationis, licet non sint verba latæ sententiae; tamen transgrediens dicta præcepta, vel Canones cōminatorios, excommunicabitur sine monitione; ita tenet Bartholomeus Humada in l. 10. tit. 9. par. 1. Glossa l. nu. 8. fol. 88.

3 In vers. Ego autem. Ponderat Rebuffus in praxis, p. 1. tit. formula dimissoriarum, num. 14. & ex illo docet, quod per ratificationem episcopi non confirmatur ordinatio iam facta, sine dimissorijs precedentibus, quia ratum quis habere non potest, quod suo nomine non est gestum, regula ratum, de regul. iuris, lib. 6. & tantum hīc relaxat episcopus ex corde iniuriam, quam ordinatus sibi fecerat.

4 Ad finem textus, ibi, Relinquerere non possunt. Igitur Papa non potest illatam Ecclesie iniuriam remittere, ut ex nostro textu deducit Boerius decis. 120. num. 5. Glossa, in cap. 1. verbo, punire, de pœnis, lib. 6. Glossa 1. in cap. Contingit de sentent. excommunicationis, ex inde inferens, quod si pater non possit remittere necem, aut iniuriam filio factam, alijs filijs, & fratribus iniuriari invitis, argumento textus in cap. Quintavallis, ibi. Pro offensa, quam filii ipsius, & ibi Bald. in princip. de iure iurando, tradit post alios idem Boerius d. num. 5.

5 In Glossa, verbo, Sub excommunicationis, ibi, à tali excom-

municatione potest appellari. Amplia istam regulam, quod à sententia excommunicationis conditionali possit appellari ante adventum conditionis, etiam si profertur excommunicatio his verbis; Ex nunc pro ex tunc; ut si iudex dicat nisi satisficeris creditor intra mensem ex nunc excommunicatus sis; per hoc non videtur quis excommunicatus à tempore sententiae; sed tunc demum post impletam conditionem, quia licet adverbium ex nunc, sit præsentis temporis, tamen futurum effectum denotat, & appellatio interposita ante adventum conditionis suspendit sententiam excommunicationis latam, ut ait Sylvest. verbo, Excommunicatio, in 2. num. 1. vers. 15. Navar. in Manual. cap. 27. nu. 272. vers. Undecimo quid. Caput. in cap. Alma, 1. p. 9. 10. à num. 4. & Galien. lib. 1. Canonis, cap. 4. ex nu. 20.

Limita primò, nisi consensus ipsius excommunicandi accedit in sententiā, vel præcepto iudicis, ut sit frequentissimè in Romana Curia, ubi qui reservationi pensionū factæ à Papa consentiunt; si excommunicentur ea conditione, ut si pensionem intra certum terminum non solverint, ratione huius consensus, non poterit qui cōtentit, appellare ab hac sententia excommunicationis, pendente conditione, neq; ante diem secundum Alb. in cap. P. & G. nu. 9. in fine, de officio delegati. Iason. in l. Si convenerit, num. 22. ff. de iurisdictione omnium indic. Calelianus Cotta in memorabilibus, verbo, appellat, Cassador. decis. 12. de rescript. & decis. 2. de pensione super reg. Navarr. d. cap. 27. nu. 272. vers. Duodecimo. Limita secundò, in excommunicatione latæ sententiae, quia tunc per appellationem non suspenditur excommunicatio, cap. Pastoralis, 53. §. Verum, de appellat. cap. 15. cui, §. fin. de sententia excommunicationis. in 6. Capell. Tholos. decis. 299. & 300.

6 In eadem Glossa, ad finem. 7 Afferit Glossa excommunicatum sub conditione, etiam si iudex, ea pendente, decedat, nihilominus adveniente conditione, ligari. Sed obstat quod censuræ latæ sub conditione, non censentur latæ dum promulgantur, sed dum conditio advenit, & excommunicatio in proposita specie non potest fangi, seu censi latæ tempore advenientis conditionis; sicut namq; impossibile est, quod iudice mortuo illa sententia feratur, ita quoq; id impossibile est perfectionem, l. 3. §. Ex contrario, ibi. Contraria, iunctio fine, ff. de acq. posse. Bart. receptus in l. Si is, qui pro empatore, nu. 22. ff. de usucacionibus. Gomes 1. tom. cap. 3. num. 2. Accedit in confirmationem, nam receptum est in fictionibus translatis de tempore ad tempus, necessariam omnino esse habilitatem extermorū, nempe tempoz

temporis, à quo fictio oritur, & temporis ad quod trahitur, Bart. *receptus in d. l. Si is, qui pro emptore, & ibi latè resolvit Iason. à nu. 105. quidquid Alciatus lib. 3. paradoxorum, cap. 16.* hanc cōmūnem sententiam evertere nitatur. At in p̄posito deficit habilitas extremorum; tempus enim extantis conditionis non est habile in potentia, mortuo iudice, à quo ipsa excommunicatio causam habet, *cap. Sententia, 11. quast. 3. Glossa penalit. in cap. 2. de officio ordinari.*

**8** Vnde contrariam opinionem satis probat *Glossa in cap. à nobis, 1. de sententia excommunicat. Archidac. in cap. 2. de constitutionibus, lib. 6. Quidquid contrarium cum Glossa hīc tueantur DD. communiter Bald. nu. 9. in cap. Præterea, 2. de appellacionibus. Ioann. Andr. in regula, cum sunt iura, lib. 6. Poterit tamen cōmūnis opinio defendi, quando potestas ferendi prædictas censuras competet iudicii mortuo, ratione suæ dignitatis, seu officij, tunc nam p̄ semper adest, vel successor iudicis mortui, qui idem iudex reputatur, *cap. Quoniam de officio delegati, 1. Proponebatur, 76. ff. de iudic. vel saltem ipsa dignitas, seu officiū, quod nunquam moritur, cap. Si grātiosē, de rescriptis, lib. 6. Sic sane recte defendit *Glossa nostra*, ut scilicet mors iudicis non impedit quominus censuræ sub conditione latæ suam obtineant vim, quando potestas ferendi illas ei competet nomine dignitatis, seu officij. Sic aliâs non videtur tutâ sententia, *Glossa in cap. Præterea, de appellacionibus*, afferentis excommunicatum sub conditione, mutato interim domicilio, nihilominus adveniente conditione ligati; parum nam p̄ advertit huiusmodi excommunicationem ante conditionis eventum, latam non censeri, & cum per mutationem domicilij desierit quis esse subditus, *Glossa 1. in cap. Dilectus, 2. de rescriptis*, haud dubiè prædicta censura non ligabit, iuxta reg. *cap. 2. de constitutio-* *nibus, lib. 6. observat ibidem Archid. & in cap. Vbiq; nu. 4. 13. q. 2. Rostiens. & Butrius in d. cap. Præterea.***

**9** In *Glossa, verbo, Relaxari.* Ex qua nota, quodd possumus quæ in nos committuntur remittere, quæ verò in Deum commissa sunt, non nisi cum magna discretione, nec sine pœnitentia debemus relaxare, *cap. 28. Si is, 23. q. 4. Hinc est quod iniuria honestæ personæ illata, etiam ab ea remissa, vindicatur per Curiam, Jacobus de bello viuis, tit. de iniurijs, nu. 67. qui etiam reperitur in vol. 4. tract. fol. 36. antiqua impressione, ut pœna applicetur Fisco. Paris. de Puteo de syndicatu, §. Dicit constitutio, nu. 151. vol. 2. tract. fol. 384. endem impressione.*

## CAP. Cum longè. XXV.

### S V M M A R I V M.

1. Doctores qui nostri textus meminere.
2. Reges Hispaniæ, & Lusitanie habent ius præsentandi Episcopos, & Archiepiscopos. & nu. 3.
4. In generalibus derogationibus non continentur Regij patronatus.
5. Archiepiscopus Toletanus, an præcedat Bracharenſi? & nu. 6.
7. Tutela est onus, & eam administrare est officium virile.

**I**N textu. Cuius meminere Gregor. Lo-  
pez l. 18. tit. 5. part. 1. Bovadilha  
in sua Politica, lib. 2. cap. 18. nu. 215. Gutierr.  
practicar. lib. 3. q. 13. nu. 72. Marian. in histo-  
ria Hispaniæ, lib. 24. cap. 16. & lib. 25. cap. 5. ubi  
ait, quod Papa Adrianus VI. concessit Carolo  
V. Imperatori, & eius successoribus ius præ-  
sentandi episcopos Hispaniæ, qui antea provi-  
debantur ad supplicationem Regum, de quo  
etiam meminit Gil Gonçales de Avila in sua histor.  
de Salamanca, lib. 3. cap. 18. quem refert, & sequi-  
tur Garcia de benefic. 5. p. cap. 1. nu. 218. Contra-  
rium scribit Pereira à Castro de manu Regia, tom I.  
fol. 234. nu. 76. qui habet, hoc ius præsentandi  
in Lusitania esse à tempore Regis Alphonsi V.  
& vide Azeved. lib. 1. tit. 6. l. 1. nu. 4. Spinum in  
speculo testamentor. *Glossa 4. in principio, num. 3.*  
Covar. in reg. possessor. 2. p. 4. 10. ex nu. 5. Humada  
l. 18. tit. 5. *Glossa 1. fol. 49.* Didacus Peres lib. 1.  
Ordinamenti, tit. 6. l. 2. ex pag. 149. vers. Item Re-  
gis Hispaniæ, post alios Cened. q. 22. nu. 27. & vi-  
de quæ scripsi ad cap. Qui episcopus, supra, 23. dist.  
& cap. Reatina, hac ead. dist.

Ex quibus collige optimis rationibus de-  
fendi itis, quo Hispaniarum, & Lusitanæ Re-  
ges potiuntur in Ecclesijs Cathedralibus no-  
minandi, seu præsentādi episcopos, & Archie-  
piscopos ad easdem quoquo modo vacantes.  
Probatur quia ius providendi Ecclesijs Cathe-  
drales ad Summum Pontificem spectat, vel ad  
eos, quibus ipse Pontifex permiserit. Constat  
autem ex antiquissimis temporibus, quæ om-  
nium hominum memoriam excedunt, Hispaniæ,  
& Lusitanæ Regibus, hoc ius nominandi  
ad Ecclesijs Cathedrales esse permisum: ergo  
de iure isto minimè videtur dubitandum.  
Facit, & alia ratio, quæ maximè convenit no-  
stris Hispaniarum, & Lusitanæ Regibus, quos  
constat Regna, & Ecclesijs à Maurorum ma-  
nibus.

nibus, & potestate eruisse, ut meminit *Glossa penult.* in d. cap. *Adrianus*, in fine, & quia Ecclesiæ ipsas maxima ex parte erexerunt, & amplissimis redditibus exornarunt, ut latissimè prosequitur *Thomas Bossius de signis Ecclesie*, lib. 20. signo 87. cap. 6. *Valdeſtus de dignitate Regum Hispanie*, cap. 21. & in singulis Regibus Lusitanæ, præcipue in Rege Alfonso I. in Ioanne III: & in potentissimo Emmanuele sigillatum, probat *Antonius à Vasconcellos* in suis elogijis, sive anaphorâ.

**3** Made non solum ex privilegio Romani Pontificis, sed etiam ex generali iuris communis concessione, qua conſtruentibus, aut doctantibus Ecclesiæ conceditur potestas praesentandi ad easdem, videtur hoc ius Principibus Hispanie, & Lusitanæ competere, ut voluit *Archidiuconus* in cap. *Ecclesiæ*, dist. 12. & post *Baldum*, & alios Palat. in *introductione*, rubrica de donat. inter vitum, us. 24. & post alios *Covar.* in d. regul. professor. 2 p. 9. 10. à num. 5. & alij, quos refert *Cened.* ad *Decret. collectan.* 64. nu. 1. quibus addit *Gamil Borrellum de præstamia Regis catholici*, cap. 50. à nu. 4. *Azeved.* ad l. 1. tit. 6. lib. 1. recopilat. per totum; & de Ecclesiæ Cathedralibus nostræ Lusitanæ *Cabed de patronat. Regie corona*, cap. 37. num. 2. & per totum; facit tandem ratio, quia istud interest Regum, atque universæ reipublicæ, ut qui eliguntur ad episcopatus Regni, Principis inimici, aut suspecti non sint propter periculum seditionis, & ne Regni pandantur confusa, ut post alios advertit *Borrellus*, ubi proxime.

**4** Non obstat etiam resolutio, quod iustissimè Ecclesia concessum laicis, & principibus secularibus privilegium, ex iustis rationibus abrogavit in cap. 2. incipit *Adrianus*, cum sequentibus, 63. dist. quia respondet in his generalibus derogationibus non contineri, sed potius exceptum censeri ius nominandi, & eligendi, super Cathedralibus competens Imperatoribus, Regibus, & Principibus alijs. Imò ex eisdem rationibus inviolabiliter eis esse servandam, ut inde *Trident.* sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. Exceptis patronatibus, notat in specie *Azeved.* dist. 6. l. 1. num. 4. Sicut etiam receptum est non comprehendendi idem ius in reservationibus, quæ per regulas Cancellariae factæ sunt de omnibus Ecclesiæ Cathedralibus, pro Summo Pontifice, eiusq; dispositione: nam exceptum esse ius patronatus ad Reges, & alios Principes spectans; notavit *Glossa* ad reg. 40. Cancellaria, & post eam, & *Rebus* in *praxi beneficiali*, 3. p. signatur, nu. 61. cum sequentibus, & *Lambertin.* de iure patronat. lib. 2. part. 3. q. 9 art. 11. per totum. Notavit *Azeved.* ubi proxime. *Covar.* *prædicar.* cap. 36. num. 2. & alijs, de quibus *Cened.* ad *Decret. collectan.* 79. num. 2. quibus addo *Gonzales ad regul.* 8. Cancellaria, *Glossa* 24. anno 153. *Ca-*

*bed. de patronatibus*, cap. 10. num. 3. & cap. 35. num. 7.

**In textu, ibi, Maneat Toletano Pontifici.** Igitur per hæc verba concedit Papa Archiepiscopo Toletano, ut praesentatos per Regem Hispanie, & Galliciæ posset confirmare, & conservare; quod aliqui putant esse magnam prerogativam Archiepiscopi Toletani, contra Archiepiscopum Bracharensem, prætendentem se Primatem Hispaniarum; quia si fuisset Primas, illi fuisset data huiusmodi potestas, ut ait *Preposu.* hic, vers. *Nota*, quem probat *Gregor. Lopez partit.* 1. iii. 5. l. 9. verbo, *Primado*, qui inepit pro hac opinione citat *Albericum in rubric. de statu bonorum*, ad fin. pro quo facit, quod dicit *Ioannes Franciscus de Panvinis de officio*, & potestate Capitali Sede vacante, *præludio* 6. nu. 13. vol. 15. tract. fol. 170. in *impresione antiqua*, & in *noviori*, tom. 13. part. 2. fol. 412. ubi enumerans omnes Primates, Bracharensis non meminit. At hæ nebulae à Doctoribus exhalatae non possunt veritatem obscurare, sed in aeres, & fumos evanescent. De quo citius opus integrum in lucem edere curabimus, & contentiosam hanc litem, quæ rationibus, quæ Doctorum argumentis ita dirimemus, ut Leberide cæcior habeatur, qui huc Bracharensis Sedis Primate non agnoverit.

Interim non obstat textus in praesenti, ubi 6 ob Regis Hervigij absentiam conceditur facultas Toletano instituendi, & confirmandi episcopos, & Metropolitanos. Idem enim decretum iuri, & prerogativæ aliorum Antislitu nullo modo derogat. Accedit Gothis omnia obtinentibus eum Canonem nullius effectus fuisse. Vnde merito *Glossa* in praesenti, verbo, *Privilegio*, dicit potius onus, quam ius Primate concessum fuisse Toletano episcopo; sequitur *Tunc etem. num. 2.* Maximè cum textus ille deluptus fuerit ex Concilio Toletano, quod nullum Primate ius concedere poterat, & dato quod potuisset, hoc non fecit, sed tantum contulit quandam potestatem confirmandi prælatos electos, nec ullum verbū invenies per totam textus feriem, in quo de iure Prælati fiat mentio, imò potius reservat ius, & privilegium cuiuscumq; aliæ provinciæ, ibi. *Salvo privilegio cuiuscumq; provincia.* Quam traditionem maximo rationis pondere firmat *Navarr.* qui veritatis magis, quam Platonis amicus tom. 2. *select.* in cap. *Accepta*, de restitut. spoliatorum, in solut. 8. oppositionis, num. 31. fol. mihi 150. col. 2. littera C. Archiepiscopum Bracharensem Hispaniarum vocat Primatem. Sic hic pro multis, inter quos est etiam *D. Maur. Ferrer.* in histor. B. *Iacobi*, lib. 1. cap. 14. fol. 53. & frater *Prudent. Sandoval* lib. 1. de antiquitat. civitat. Thdens.

*In Glossa,*

<sup>7</sup> In Glossa, verbo, Atq; Galli-  
ciæ, in addit. Vbi habetur, quod omnis  
tutela est onus. Ideo tenet  
l. Meminimus, in fin. C. de legitim. hereditib. &c l.  
Tria onera. de excusat. tutor. Eam tamen admi-  
nistrare est officium virile, ut tenet Nepos de  
monte Albanio, de except. art. II. nu. 23. fol. 84. in  
vol. 9. tract. in impressione antiqua, & in noviori. tom.  
3. part. 2. fol. 105.

## CAP. Clerici. XXVI.

## SUMMARIUM.

- 1 Plebs non debet iam electioni interessere.
- 2 Plebs est collectio ignobilium, & quæ  
personæ sub plebe continentur?

**I**N textu. Licet enim plebs debebat olim electioni consentire, iam hæc potestas omnino est abrogata, ex cap. Non est permittendum, 6. supra, hac eadem dist. Et ex antiquissimo Sardicensi Concilio habitu sub Julio I. circa annum salutis Dominice 340. refertur in cap. Ossius, 2. de electione, ubi eam reddit rationem, ne ad clamorem populi fiat electio, quia manifestum est potuisse plures eorum, qui synceram fidem non habent, pretio, & mercede corrumphi; iunctis multis, quæ de vulgi levitate, & inconstantia, & vanis populi vocibus non audiendis, per textum in l. Decurionum, C. de paenit., & in l. Ad bestias, in principio, ss. eodem tit. cum similibus, latè prosequitur Petrus Gregor. ad Decretales, tract. de electione, cap. 5. à nu. 18. & ex Platone, & alijs Philosophis, Marcus Manua singulari 194. Facit etiam ratio, quia prætentia, & acclamatio populi libertatem tollit, ut probat l. Si privatus, ss. qui, & à quibus; cessante vero libertate, cessat, & irrita est electio, cap. Vbi peticulum, §. Citerum, de elec-  
tione, in 6.

**In textu, ibi, Plebis.** Plebs est col- lectio ignobi- lium, Aulus Gellius lib. 10. noctium Atticarum, cap. 20. in qua gentes civium patritiæ non sunt. Guido le Roille de iustitia. & iniustitia, cap. 5. in l. vol. tract. fol. 32. Non tamen hæc appellatio plebis tam plena est, quam populi, apud Romanos, qua omnes cuiuscumque generis homines, & cives continebantur plebei, senatores, equites, & sacerdotes. Strictior autem pleborum nuncupatio, à quæ excludebantur alij, §. Plebis- citum, Institut. de iure naturali, & l. Plebis, 238. ss. de verborum significat. Isidor. lib. 9. etymologicarum, cap. 8. Multitudo ignobilium in dict. §. Plebis citum, &

Iustinian. in Novella 6. Quomodo oport. §. 1. vocat laicos idiotas, & Paulus 1. Corinth. cap. 14. vers. 16. cap. Seculares, 33. quest. 2. cap. Seculares, 19. de consecrat. distinct. 2.

## CAP. Vota. XXVII.

## SUMMARIUM.

- 1 Electio est sedativa rixarum.
- 2 Hæretici huius temporis confutantur.

**I**N textu, ibi, Per pacem. Cum <sup>2</sup> enim  
electio sit sedativa rixarum, ut tenet Ioan.  
Cirier de primogenitura, lib. 2. quest. 14. num. 3.  
fol. 106. vol. 13. tract. Ideo saeculares, & popu-  
lus saepè permittebantur adesse electioni cum  
clero; de quo agit Bursatus lib. 2. cons. 126. nu. 3.  
qui nostri textus meminit.

**In textu, ibi, Civium.** Ex his ver-  
bis inepte colligunt hæretici huius tempestatis, electionem  
episcoporum ad populum iure divino pertinere.  
Contrarium namque demonstratur ex authori-  
tate Pauli ad Hebr. 5. dum scribit neminem de-  
bere assumere sibi honorem, nisi vocetur a  
Deo, tanquam Aaron. Constat autem a Moysè  
electum esse Aaron, absque populi multitudine.  
Exod. cap. 4. cum sequenti. Sicut etiam idem  
Moyses alios ministros solus legitur elegisse.  
Exod. cap. 18. Confirmatur deinde ex varijs ra-  
tionibus, propter quas hanc potestatem iustis-  
simè populo, & laicis interdixit Ecclesia, quas  
supra tetigimus, & constat ex cap. 2. de electione,  
cap. Non est permittendum, 63. dist. cum alijs, quæ  
repetere non oportet. Ex quibus ita contra  
Lutherum, Calvinum, & alios eorum sectato-  
res, latè comprobat Bellarmin. lib. 1. de clericis,  
cap. 7. per totum; & esse constantem, & veram  
omnium catholicorum sententiam, testatur  
Azor. tom. 2. iustit. moral. lib. 3. cap. 28. q. 4.3. mis-

## CAP. Quia sancta. XXVIII.

## SUMMARIUM.

- 1 Baronius de nostro textu dubitat.
- 2 Consuetudo facit non esse delictu, quod  
alijs esset.
- 3 Imagines sanctorum sunt venerandæ,  
sicut illorum reliquiae.
- 4 Successores predecessorum facta mutare  
possunt, si sint pernicioſa.

**I**N textu. Collige ex decreto Stephani Pontificis debet fieri presentibus legatis Imperatoris, sed de veritate huius decreti, & quod non sit Stephani, multum dubitat. *Baronius tom. 9. annal. anno Christi 816. num. 101.* per totum. Præterim cum Ludovicus Imperator anno sequenti, in constitutione à se edita de donatione facta Romanæ Ecclesiæ, declarat libertam esse velle electionem, & coronationem Romani Pontificis, nec ad aliud teneri, qui creatus est Pontifex, nisi ubi est consecratus legationem mittere ad ipsum Imperatorem, ut ponderat idem *Baronius*, loco supra citato, quem legit; & circa materiam textus, vide late *Boerium* decis. 31.

**2 Ibi, Consuetudo.** Collige ex textu, quod consuetudo in recipiendis munib; facit non esse delictum, quod aliâs esset delictum, cap. *Obijctionum*, 22. q. 4. & an in delictis excusat, *Glossa*, verbo, *consuetudine*, in fin. in cap. *Denig.*, dist. 4. *Cassan.* in *consuetud.* *Burgund.* rubric. 4. §. 23. nu. 34. & 35. *Covar.* 2. p. de *matrimon.* cap. 7. §. 3. nu. 5. ad finem. *Roland.* *conf.* 58. num. 19. lib. 4. *Perus* decis. 62. num. 14. *Seraphin.* de *privileg.* *iuram.* *privil.* 83. num. 56. *Gutierr.* *pract.* lib. 3. q. 29. nu. 22. *Mexia de tassa panis*, *concl.* 3. nu. 25.

**3 In Glossa, verbo, Destruxit, in fine, ibi, Memoria Dei.** Et ideo imagines sanctorum, sicut reliquiae sunt venerandæ. Durandus in *Rationale divinorum*, lib. 1. cap. 3. *Petrus Cened.* 2. part. collect. 52. num. 1. & 3. & 3. part. collect. 22. num. 1. vide *Cassan.* in *Catalogo*, 3. part. considerat 44. & 47. *Sanches* lib. 2. in *Decalog.* cap. 43. & num. 3. ad 21. & illarum violatores puniendi, 1. *Qui statuas*, ff. ad 1. *Iul.* *Maiest.* *Menoch.* de *arbitriis* casa 376. *Boer.* decis. 301. num. 17. *Simanch.* de *catholic.* inst. cap. 33. & num. 17. *latissime Franciscus Suar.* in *defensione fidei*, lib. 2. cap. 11. per totum, & cap. 12. *Iacobi Britanniae Regis* argumenta adversus imaginum adorationem, mira ingenij subtilitate, ac dexteritate dissolvit. Utrum vero sanctorum reliquiae maiori venerazione, & cultu habendæ, atque adorandæ sint, quam eorundem imagines? Respondeo, si loquamur de genere, sive specie adoracionis, eandem omnino adorationem dulje exhiberi reliquijs, & imaginibus sanctorum absoluunt tamen nobiliorem, sive maiorem deberi reliquijs. Ratio est quia, reliquiae sunt quedam partes sanctorum intrinsecæ: imagines vero sunt quid extrinsecum. Deinde inferior adoratio tribuitur imagini, quam prototypo, ut auctor est *Vasquez* tom. 1. in 3. part. disp. 108. cap. 16. Sed reliquiae sunt partes prototypi, er-

go maiori adoratione dignæ sunt. Vide *Suar.* *caut.* lib. 2. cap. 10. ubi multa doctè congerit de reliquiarum veneratione.

### In Glossa, verbo, Destruantur.

Successores prædecessorum facta mutare possunt, si viderint ea perniciosa. *Michael Vlaminus de regimine mundi*, secunda principali quæstione, num. 3. vol. 14. tract. fol. 284. in *impressione antiqua*, & in noviori, tom. 16. fol. 103. *Episcopus Thelesius*, in *Thesauro fori eccles.* 1. part. cap. 1. num. 13. licet de honestate teneantur servare pacta prædecessorum. *Restaurus de Imperatore*, quest. 114. n. 18. vol. 12. tract. in *impressione antiqua*, & in noviori, tom. 16. fol. 30.

### CAP. Cum Adrianus. XXIX.

#### S V M M A R I V M.

1. *Doctores qui nostri textus meminere.*
2. *Inimicus quomodo presumatur ex non salutatione?*

**IN textu.** Cuius meminit, & eius mat- riam eleganter prosequitur. *Bar-* ton. tom. 9. *annalium*, anno Christi 774. num. 15. veri. Sed, & repugnat, & num. 16. veri. At quod dicunt, & anno Christi 816. in fine. Addit. *Boerium* decis. 31. *Bursat.* *conf.* 126. in principio. Xuat. al- legat. 8. num. 10.

**In Glossa ultima, ibi, præsumitur inimicus.** Docet *Glossa* ex eo, quod quis non vult salutare alium præsumi inimicum, quam dicit singularem *Barbatia* in cap. *Repellantur*, de accusa- tionibus, & ibi *Abbas* nu. 2. & in cap. *Olim*, num. 6. de iniurijs. Intellige si talis antea solebat illum salutare, vel si salutatus ab illo non respondit. *Felin.* in *proæmio Gregoriano*, num. 19. *Gygas* de cir- mine laesa *Maiestatis*, tit. quomodo, & per quos quest. 1. nu. 34. *Hippol.* in l. 1. §. *Præterea*, nu. 8. ff. de ques- tionibus, refert alios *Mascard.* de *probationibus*, vol. 3. conclus. 1159. nu. 16. & 17. quibus adde *Navant.* de *restitutione*, lib. 2. cap. 1. nu. 102. fol. 337.

### CAP. Ego Ludovicus. XXX.

#### S V M M A R I V M.

1. *Ludovicus renuntiavit privilegio elec- tionis.*